·M· CORNELII FRONTONIS

OPERA INEDITA

CUM EPISTULIS ITEM INEDITIS

ANTONINI PII ·M· AURELII ·L· VERI

ET APPIANI

NEC NON ALIORUM VETERUM FRAGMENTIS

INVENIT

ET COMMENTARIO PRÆVIO NOTISQUE ILLUSTRAVIT

ANGELUS MAIUS

BIBLIOTHECÆ AMBROSIANÆ A LINGUIS ORIENTALIBUS

PARS ALTERA

CUI ADDUNTUR SEU EDITA SEU COGNITA

EIUSDEM FRONTONIS OPERA

MEDIOLANI

REGIIS TYPIS

MDCCCXV



M. AVRELIVS IMP.

EX MARMORE MVSEI BVRGHESII.



·M· FRONTONIS
AD ·M· ANTONINUM
DE ORATIONIBUS LIBER I. (1)

Fragmentum I.

Immortales Dei *siv*erint comitium et rostra et tribunalia Catonis et Gracchi et Ciceronis orationibus celebrata hoc potissimum sæculo conticiscere (2)?

(1) Duos saltem Libros Epistularum, quibus oratoria præcepta tradebat, scripserat Fronto. Nos utriusque Libri Fragmenta aliquot ex deletitiis perturbatisque membranis ægre eruimus. Has autem revera esse partes Epistularum constat prorsus ex Fragmento IV. Libri II. Iamvero hasce Epistulas DE ORATIONIBUS dedit Fronto ad Marcum, et quidem iam Augustum, qui quum adolescens in eloquentia satis profecisset, deinde philosophiæ amore illectus ad dialecticam et eiusmodi aridas disciplinas deflexerat (quare et cognomento *philosophi* distinctus est). Id eius studium cum ex aliis Auctoribus, tum ex ipso M. Aurelio *De rebus suis* I. 7. et Frontone Lib. II. Fragm. III. huius Operis *de Orationibus* exploratum est. Fronto igitur Orator Marcum suum ad eloquentiam pro viribus revocat.

(2) Recole p. 209. n. 1.

Orbem terræ, quem vocalem acceperis, mutum a te fieri? Si linguam quis uni homini exsecet, immanis habeatur; eloquentiam humano generi exsecari, mediocre facinus putas? Non hunc adnumeras Tereo aut Lycurgo? qui Lycurgus quid tandem mali facinoris admisit, quam vites amputavit? Multis profecto gentibus ac nationibus profuisset vinum undique gentium exterminatum (1). Tamen Lycurgus pœnas cæsarum vitium luit (2). Quare

(1) Reapse Imperator etiam Domitianus vites in Asia exterminandas edixerat, quia vinum Asianis animos ad rebellandum incitare videbatur. V. Philostratum in *Apollonio* Lib. VI. 42. et in *Scopeliano* 6. Paulo aliter rem narrat Svetonius in *Domitiano* 7. „ Ad summam quamdam ubertatem vini, frumenti „ vero inopiam, existimans nimio vinearum studio „ negligi arva, edixit, nequis in Italia novellaret: „ utque in provinciis vineta succiderentur, relicta, „ ubi plurimum, dimidia parte „. Edictum tamen effectu caruit, ut iidem Auctores testes sunt.

(2) Lycurgi Thracis supplicium passim poetæ commemorant. Diodorus autem Siculus Lib. III. p. 139. narrat, Thracibus prœlio victis, Lycurgum a Baccho captum, eumdemque oculis effossis, atque omni genere cruciatûs vexatum, cruci denique affixum.

metuendam censeo divinitus pœnam eloquentiæ exterminatæ. Nam vinea in unius tutela Dei sita; eloquentiam vero multi Deorum in cælo diligunt: Minerva orationis magistra, Mercurius nuntiis præditus, Apollo pæanum auctor, Liber dithyramborum cognitor (1), Fauni vaticinantium incitatores, magistra Homeri Calliopa, magister Enni Homerus et Somnus (2). Tum si studium philosophiæ in rebus esset solis occupatum, minus mirarer, quod tanto opere verba contemneres.

---

(1) Nempe *patronus*. De vocabulo *cognitor* recole, si placet, quæ nos diximus ex Asconio in Editione Interpretis Tulliani ad quartam Catilinariam p. 130.

(2) Homerum et Somnum Ennii magistros dixerat Fronto, ut puto, in quadam Epistula adhuc latente ad M. Aurelium Baiis degentem. V. ad Epistulam III. Alsiensem notam nostram 1. p. 193. et Epistulam II. Libri I. ad Marcum p. 45. Immo eius rei vestigia supersunt in particula ex I. Annalium Ennii apud Ciceronem in *Lucullo* XVI. » *Ennius* cum som» niavit, ita narravit:

» .... veisus Homerus adesse poeta
» Hei mihi qualis erat! quantum mutatus ab illo! »

Vide iterum Ciceronem *Somn. Scip.* I. Persium *Sat.* VI. 10.

Discere autem ceratinas et soritas et pseudomenus (1), verba contorta et fidicularia; neglegere vero cultum orationis et gravitatem et maiestatem et gratiam et nitorem, hoc indicat loqui te quam eloqui malle, murmurare potius et friguttire quam clangere. Diodori (2) tu et Alexini (3) verba verbis Platonis et Xenophontis et Antisthenis (4) anteponis? Ut

(1) Hinc Avidius Cassius Marcum nunc *aniculam philosopham*, nunc *dialogistum* contemptim appellabat. V. Vulcatium in *Avidio Cassio* p. 58. D. et 59. C.

(2) De Diodoro dialectico hæc Cicero *de Fato* VI. „ Vigila Chrysippe, ne tuam causam, in qua tibi cum „ Diodoro, valente dialectico, magna luctatio est, de„ seras „. Vide etiam Epist. 4. Lib. IX. *ad Famil.*

(3) De Alexino idem Cicero *Acad.* IV. Cap. XXIV. „ Atqui habebam molestos vobis, sed minutos, „ Stilponem, Diodorum, Alexinum: quorum sunt „ contorta et aculeata quædam sophismata. Sic „ enim appellantur fallaces conclusiunculæ. Sed „ quid eos colligam, cum habeam Chrysippum, „ qui fulcire putatur porticum Stoicorum? „

(4) „ Ab Antisthene (inquit Cicero *de Orat.* III. „ Cap. XVII.) qui patientiam et duritiam in So„ cratico sermone maxime adamarat, Cynici pri„ mum, deinde Stoici manarunt „. Exstant Antisthenis Orationes duæ adversariæ Aiacis et Ulyssis

siquis histrioni (1) studiosus, Tasurci (2) gestu potius quam Roscii uteretur. Ut si in natando, si æque liceret, ranam potius quam delphinos æmulari mallet: coturnicum potius pinnis breviculis, quam aquilarum maiestate volitare. Ubi illud acumen tuum? ubi suptilitas? Evigila et adtende quid cupiat ipse Chrysippus (3).

---

de armis Achilleis obtinendis certantium. Hæ quidem satis perspicuæ sunt et validæ. Exstat sub eius nomine Epistula quoque ad Aristippum, octava inter Socraticas. Opera eius tomos decem explentia recenset Laertius VI. 16. Ceterum de eius duplici libro *Cyro*, sic Cicero ad Attic. XII. 38. Κῦρος δ, ε (quartus et quintus tomus Operum eius) *mihi sic placuit, ut cetera Antisthenis, hominis acuti magis, quam eruditi.*

(1) Sic Cod. *studiosus* cum dativo. Confer Plautum *Mil.* 3. 1. 207.

(2) Ita Cod. *Tasurci.* Ceterum de *Panurgo* malo comœdo, licet Roscii discipulo, vide Cic. *pro Roscio comœdo* X–XI.

(3) De Chrysippo sic Cicero *de Fin.* IV. Cap. III. » Scripsit artem rhetoricam Cleanthes, Chrysippus » etiam, sed sic; ut, siquis obmutescere con- » cupierit, nihil aliud legere debeat. Itaque vi- » des quomodo loquantur: nova verba fingunt, » deserunt usitata . . . . Pungunt, quasi aculeis,

Num contentus est docere? rem ostendere? definire? explanare? non est contentus: verum auget in quantum potest *, exaggerat, præmunit, iterat, differt, recurrit, interrogat, describit, dividit, personas fingit, orationem suam alii accommodat, ταῦτα δ' ἔστιν αὔξειν, διασκευάζειν, ἐξεργάζεσθαι, πάλιν λέγειν, ἐπαναφέρειν, παρειπεῖν (1), προσωποποιεὶν (2). Vides ne ab eo pæne omnia oratorum arma tractari? Igitur si ipse Chrysippus his

* *In margine*: ... re de ingenio Chrysippi.

„ interrogatiunculis angustis, quibus etiam qui „ assentiuntur, nihil commutantur animo, et iidem „ abeunt qui venerant: res enim fortasse veræ, „ certe graves, non ita tractantur, ut debent, „ sed aliquanto minutius „. Ex innumeris Chrysippi Stoici Libris pauca supersunt Fragmenta a Plutarcho, Gellio, Athenæo, Macrobio aliisque Auctoribus laudata. Porro quæ sequuntur græca verba apud Frontonem, ea e rhetorica Chrysippi petuntur.

(1) Codex pro παρειπεῖν habet παραιπεῖν, quod ferendum non videbatur.

(2) Cod. προσωποιεῖν quod item vix ferri poterat.

utendum esse ostendit, quid ego amplius postulo, nisi ut ne verbis dialecticorum, sed potius Platonis gladio dimices? Sed interest robiginoso an splendido.

FRAGMENTUM II.

.... Fuisse Crœsum et Solonem, Periandrum et Polycraten, Alcibiaden denique et Socraten. Quis dubitat sapientem ab insipiente vel præcipue consilio et dilectu rerum et opinione discerni * (1)? Ut si sit optio atque electio divitiarum

* *In margine:* Sapiens ab insipiente consilio plerumque, dilectu et opinione discernitur. Proprium sapientis recte eligere.

(1) Exagitat Fronto stoicæ disciplinæ dogmata, quibus Marcus vehementer adhærebat. Conferatur, si placet, locus apud Ciceronem in Oratione *pro Murena* XXIX-XXX., ubi Cato stoicus lepidissime ridetur. Hîc autem Fronto præcipue vellicat famigeratum Stoicorum dogma ἀπαθείας, quod ab alio item celebri dimanabat *solam virtutem ad beatitatem sufficere*. Quæ dogmata multus urget Epictetus, et Cicero sæpe commemorat.

atque egestatis, quamquam utraque et malitia et virtute careant, tamen electionem laude et culpa non carere. Proprium namque sapientis officium est recte eligere, neque perperam vel postponere vel anteferre. Si me interroges, concupiscam ne bonam valetudinem? abnuam equidem si sim philosophus. Nihil est enim fas concupiscere sapienti aut adpetere, quod fors fuat an frustra concupiscat. Nec quicquam, quod in manu fortunæ situm videat, concupiscet. Tamen si necessario sit altera res eligenda, Achillei (1) potius pernicitatem eligam, quam debilitatem Philoctetæ *. Simile igitur in eloquentia servandum. Non

* *In margine:* Sapiens nihil ex his, quæ in manibus fortunæ videat, concupiscit. In electione tamen Achilli potius pernicitatem, quam Philoctetæ debilitatem præoptet.

(1) Cod. *Achillei*, sed tamen *e* videtur expuncta. Mihi plus quam *i* placet *ei*, quæ est vetustior orthographia.

opere nimio concupiscas igitur, nec opere nimio aversere *. Tum si eligendum sit, longe longeque eloquentiam infantiæ præferas. Audivi te nonnumquam ita dicentem; At enim cum aliquid pulchrius elocutus sum, placeo mihi, ideoque eloquentiam fugio (1). Quin tu potius illud

* *In margine*: Eloquentiam non nimio concupiscendam sapienti: sed, si eligendum sit, eam infantiæ præferendam.

(1) Revera Marcus in Opere *De rebus suis* I. 7. hanc sententiam a Rustico præceptore didicisse profitetur. *Παρὰ Ῥουστίκου τὸ μὴ ἐκτραπῆναι εἲς ζῆλον σοφιστικὸν, μηδὲ τοῦ συγγράφειν περὶ τῶν θεωρημάτων, ἢ προτρεπτικὰ λογάρια διαλέγεσθαι, ἢ φαντασιοπλήκτως τὸν ἀσκητικὸν ἢ τὸν εὐεργετικὸν ἄνδρα ἐπιδείκνυσθαι. καὶ τὸ ἀποστῆναι ῥητορικῆς καὶ ποιητικῆς, καὶ ἀστειολογίας. καὶ τὸ τά ἐπιστόλια ἀφελῶς γράφειν*: *A Rustico didici, ne ad æmulationem ambitionemque sophisticam declinarem, vel de theorematibus aliquid conscribendo, vel oratiunculas hortatorias declamando, vel ea exercitia operasque sequendo, quibus homines ad admirationem mei excitarem. Idem Rusticus me docuit rhetoricæ, poeticæ et dictionis elegantioris studiis abstinere, epistulas etiam stilo simplici scribere.* Tum §. 17. Dis acceptum refero, inquit idem Marcus: *τὸ μὴ ἐπίπλεόν με προκόψαι ἐν ῥητορικῇ, καὶ ποιητικῇ, καὶ τοῖς*

corrigis ac mederis, ne placeas tibi? Non ut id, propter quod places, repudies. Nam, ut nunc facis, alibi tu medicamenta obligas. Quid tandem? Si tibi placebis, quod iuste iudicaris, iustitiam repudiabis? Si placebis tibi pio aliquo cultu, Parentis (1) pietatem spernabere? Places tibi cum facundus; igitur verberantem quid facundia (2) verberas? Tametsi placita diceret, itaque te compellaret: O Iuvenis, periculosa est tibi præpropera placendi fuga. Novissimum namque homini sapientiam colenti amiculum est gloriæ cupido: id novissimum exuitur. Ipsi ipsi, inquam, Platoni in novissimum usque vitæ finem gloria amículum erit. Illud

---

ἄλλοις ἐπιτηδεύμασι, ἐν οἷς ἴσως ἂν κατεσχέθην, εἰ ᾐσθόμην ἐμαυτὸν εὐόδως προϊόντα: *quod progressus non fecerim ampliores in rhetorica, poetica studiisque aliis huiusmodi, quæ me forsan præpeditum detinuissent, si in eis me feliciter profecisse sensissem.*

(1) Nempe *Antonini Pii.*

(2) In Codice scriptum videtur *facundia*, sed tamen dubitabam num legendum esset *facundiam*: præsertim quum vocabulum sit in fine versûs, ubi sæpe omittitur *m*.

etiam audisse me memini, pleraque sapientes viros in scitis mentis atque consultis habere debere, quorum interdum usu abstineant: itemque interdum nonnulla in usu habere, quæ dogmatis improbent. Neque ubique rationem sapientiæ rectam, et usum vitæ necessarium congruere. Fac te, Cæsar, ad sapientiam Cleanthis aut Zenonis (1) posse pertingere, ingratiis tamen tibi purpureum (2) pallium erit sumendum, non pallium philosophorum soloci lana (3) *. Purpureo . . . .

* *In margine*: Ut Imperator philosophetur, ingratiis etiam purpureum erit pallium sumendum, cum philosophus habeat consucidum.

(1) Zeno Cittiens stoicæ sectæ auctor fuit. Zenoni defuncto successit in magisterio Cleanthes.

(2) Purpuram mire spernit M. Aurelius *De rebus suis* VI. 13. IX. 36. Ed. Traiect. ad Rhen. 1697. qua nos semper utimur.

(3) „ Solox (inquit Festus) lana crassa vel pecus „ lana contectum. Titinius in Barathro, ego ab

Cleanthes aqua de puteo extrahenda victum quærebat (1). Tibi sæpenumero curandum crocum in theatro (2) longe adque (3) alte exprimatur .... Diogenes Cynicus non modo nullam pecuniam quæsivit, sed etiam propriam neglexit (4) ....

„ lana soloci ad purpuram data „. Marcus *De rebus suis* I. 16. recensens ea quæ ab Antonini Pii exemplis didicerat, hoc etiam in eo laudat, quod nimirum *texturæ tincturæve vestium curiosus non fuerit*, οὐκ ἐπινοητὴς περὶ ἐσθήτων ὑφὰς καὶ χρόας. Huc facit quod Capitolinus de Marco narrat in eius vita p. 33. B. „ Duodecimum annum ingressus, habitum philoso„ phi assumpsit, et deinceps tolerantiam, quum „ studeret in pallio et humi cubaret, vix autem ma„ tre agente, instrato pellibus lectulo accubaret „.

(1) Hinc Cleanthi conflatum est nomen φρεάντλης. V. Laertium in eius vita.

(2) „Crocum (inquit Plinius Histor. XXI. Sect. XVII.) „ tritum mire congruit ad theatra replenda. „ Et quidem Hadrianus imp. in honorem Traiani balsama et crocum per gradus theatri fluere iussit. V. Spartianum in illius vita p. 13. C. Usum croci in theatro romano commemorant poetæ passim.

(3) *Adque*, pro *atque* memini me videre etiam aliàs in antiquis membranis, idque haud raro notatum est a paleographiæ studiosis. V. Cellarium Orthogr. lat. p. 20.

(4) Fugisse Diogenem, quum eius pater publicus mensarius pecuniam adulteraret, narrat Diocles apud

Capillus etsi non cotidie acu ornandus, tamen pectine cotidie expediendus est (1) .... udaque eatis ... mensæ parte .... familia... tu...(q)uasi famu... feræ... sapientio(r) ... cum bon ... Epictetum ... sedentem ... la placebat ... si ausus esset epitaphium ... suum ... sub umbra ... illam lau ... pertulisse ... Socrates ... comis est ... etsi do ... ndæ ... mutilum perficere hiulcum fartis .....vigare ...

FRAGMENTUM III.

... Consiliario huic magis ætati opus est, quam auxiliario ... Nonne omnis oratorum copias sectavere (2)? refutandi

---

Laertium. Alii vero apud eumdem ab ipso Diogene adulteratam pecuniam affirmant, quam sententiam Suidas quoque secutus est. Dicitur tamen a Suida Diogenes πολλῆς οὔσης αὐτῷ ὑπεριδὼν οὐσίας, *magnas opes, quibus erat præditus, contempsisse.*

(1) Hoc dicitur contra pædorem philosophorum.

(2) Arbitror τὸ *sectavere* scriptum esse pro *sectabere*, ut versa vice superius p. 31. *ubam*, p. 114. *respirabi*, p. 117. *adiubant*. Qua de re V. Cellarium Orthogr. lat. p. 19 - 20. Alia exempla occurrent inferius in nostro Libro, eademque sunt obvia in Iure.

sollertiam, augendi facultatem, eludendi venustatem, permovendi delectandique, deterrendi incitandique, ornandi, conciliandi, infamandi, laxandi audientium animos aut alliciendi quandam in dicendo potentiam ac venustatem? Tum siquando tibi negotiis districto perpetuis orationis conscribundæ tempus deesset, nonne te tumultuaris quibusdam et lucrativis studiorum solaciis fulciebas? Synonymis colligendis, verbis interdum singularibus requirendis, ut veterum kommata, ut colas (1) synonymorum ratione converteres, ut de vulgaribus elegantia, de contaminatis nova redderes, imaginem aliquam accommodares,

(1) Ita Cod. *colas*, sed videtur scribendum *cola*. Porro hoc iuvenile exercitium se quoque usurpasse ait Cicero sub Crassi persona *de Oratore* I. Cap. XXXIV. » In quotidianis cogitationibus equidem » mihi adolescentulus proponere solebam illam exer- » citationem maxime, ut aut versibus propositis, » aut oratione aliqua lecta, eam rem ipsam quam » legissem, verbis aliis quam maxime possem lectis » pronuntiarem ».

figuram iniceres, prisco verbo adornares, colorem vetusculum adpingeres (1)? hæc si propterea contemnis quia didicisti, philosophiam quoque discendo contemnes. Sed non ea sunt ista quæ possis contemnere: possis sane non amare. Ut olim Crassus tristis risum oderat (2), ut nostra hic memoria Crassus lucem fugitavit (3) *, ut nostra itidem memoria vir

* *In margine:* Crassus tristis risum oderat, alter Crassus minor lucem fugitavat (4), multaque loca clausâ lecticulâ prætervehebatur.

(1) Nota accuratum studium et imitationem antiquitatis.

(2) Plinius quoque Hist. VII. Sect. XVIII. ait: » Ferunt Crassum, avum Crassi in Parthis inte- » rempti, numquam risisse, ob id *agelastum* vo- » catum ». Idem dicit Solinus *Polyh.* Cap. I. At semel in vita risisse Crassum tradunt, auctore Lucilio, Asconius ad Act. I. in *Verr.* Cap. II. Cicero *de Fin.* V. Cap. XXX. *Tuscul.* III. Cap. XV. ex eoque Macrobius *Saturn.* II. Cap. I.

(3) Crassum Frugi, quem reum olim Hadrianus noluit occidere, memorat Spartianus in *Hadriano* p. 4. C. De Crasso qui coniuravit in Nervam et Traianum V. Dionem LXVIII. 3. et 16. Quemnam Crassum suâ memoriâ dicat Fronto *lucifugum*, nondum comperi.

(4) Ita Cod. pro *fugitabat*.

consularis campos formidabat. Pomptinum cam*pum* . . . .

Fragmentum IV.

Ut plerumque loca, gradus, pondera, ætates, dignitatesque dignoscere: ne in oratione præpostere, ut in temulento ac perturbato convivio conlocentur: quæ ratio sit verba (1) geminandi, et interdum trigeminandi, nonnumquam quæ

(1) In toto hoc quarto Fragmento doctrinam vocabulorum tradit Fronto. Fuit enim puræ latinitatis curiosissimus noster Orator, cuius scilicet verba Gellius Lib. II. 26. dicit *elegantia*, et XIX. 8. sermones *purissimos.* Immo Fronto quoties apud Gellium citatur, nempe II. 26. XIII. 28. XIX. 8. 10. 13. toties de vocabulis disputat. Unicum eius, quod ante nostram editionem exstabat Opusculum (in Putschio p. 2191-2203.) est *de Differentiis vocabulorum.* Neque id in tanto Oratore mirum videatur: quandoquidem ipse C. Cæsar eius Operis, quod *de ratione latine loquendi* ad Ciceronem scripserat, primo in libro dixit: » Verborum delectum originem » esse eloquentiæ » (Cicer. in *Bruto* LXXII.). Quintilianus autem Inst. I. 7. ait: » An ideo minor est » M. Tullius orator, quod idem artis huius (Gram- » maticæ) diligentissimus fuit, et in Filio, ut in

duplicia sæpe quinquies aut eo amplius superlata ponendi, sed ut certo ac sollerti termino uniantur. Post ista omnia investigata geminata distincta finita cognita verborum omnium, ut ita dicam, de populo *; sicut in bello, ubi opus sit legionem conscribere, non tantum voluntarios legimus, sed etiam latentis militari ætate conquirimus, ita ubi verborum præsidiis opus sit, non voluntariis tantum, quæ ultro obvenerint, utemur,

* *In margine*: De populo verborum, sicut in bello ubi opus sit legionem conscribere, non tantum voluntarios legimus sed etiam latentes, ita etiam in verbis non *solum* (1) obvia, sed etiam latentia elicienda sunt et indaganda.

» epistulis apparet, recte loqnendi usquequaque » asper quoque exactor ? » Ipse Tullius in Opere inscripto *Orator* a Cap. XLIII. de vocabulis accuratissime agit.

(1) Addidi *solum*.

sed latentia eliciemus, atque ad imperandum (1) indagabimus. Hic illud etiam, ut ego arbitror, scite a nobis conventum, quibus rationibus verba quærantur, ut non hiantes oscitantesque exspectemus quando verbum ultro in linguam quasi palladium de cælo depluat, sed ut regiones verborum et saltus noverimus, ut ubi quæsitis opus sit, perviam potius ad vestigandum, quam invio (2) progrediamur. Çerta igitur hæc loca sunt a vobis . . . In primis oratori cavendum, nequod novum verbum ut æs adulterinum percutiat, ut unum et id*em* verbum vetustate

---

(1) Cicero *ad Famil.* IX. Epist. XXV. ait: » Nunc » ades ad imperandum, vel ad parendum potius: » sic enim antiqui loquebantur ». Quo loco P. Manutius adnotavit: »Scripta veterum interiere, in qui» bus hic loquendi modus crebrior fuit. Unius igitur » Sallustii utemur testimonio: *Iugurtha cum ad impe» randum Tisidium vocaretur* ». Addatur iam Frontonis auctoritas. Ceterum quod aiunt apud Forcellinum nonnulli, ea verba *vel ad parendum potius* addititia esse in Tullio et scholium redolere; ego quidem in septem, quos consului, Tullianis codicibus ea textui Tulliano inserta vidi, non addita.

(2) Nota adverbium *invio*.

noscatur et novitate delectet ... castella veterum ... conciliabula verborum ...

Fragmentum V.

Officiorum genera duo, rationes tripertitæ. Prima species substantiæ, ut sit; altera qualitatis, ut talis sit; tertia rei, ut re ipsa cuius causa superiora officia suscepit expleat... discendæ exercendæque sapientiæ. Tertiam autem hanc speciem, rei dico ac negotiis solam (1) terminatam, se (q)uasi contentam. Hac officiorum partitione, si tamen aut ille (2) verum (aieb)at, aut ego olim audita memoria retineo , ut prima homini ad sapientiam tendenti sint (moli)menta quæ ad vitam salutemque pertinent (conservandam) *. Igitur et prandere, et lavari,

* *In margine:* Prima officiorum species sapientis, eorum scilicet, quæ ad vitam salutemque pertinent.

(1) Ita Cod. *solam.*

(2) Fortasse intelligit Fronto Dionysium Tenuiorem magistrum suum, de quo infra.

et ungui (1), et cetera huiusmodi munera sunt sapientis officia (2). Quamquam neque in balneis quisquam sapientia ... neque ut circa... ad mensam cenares, prandio vomeres, sapientiam ructares * ... si ederis ... nisi vixeris. Quid igitur istic admonendus es, ne ... hoc ... prandio et mensa situm existimes. Non est sapientiæ negotium vesci, sed sine vita quæ civo (3) constat; nulla sapientia, studia nulla esse possunt. Nunc ..... vides igitur ... officia ... At non æque sequentia officia, quæ sunt qualitati **

* *In margine:* Prandio comeso sapientiam ructarit.

** *In margine:* Secunda species qualitatis hæc est.

(1) Ita Cod. *ungui* pro *ungi*. Ita etiam in Opere *de Bello Parthico*. Atque hæc est antiqua orthographia huius verbi. V. Cellar. Orthogr. lat. p. 116. Sic apud Claudianum *urgueo*, *turgueo*, *tinguo*.

(2) At Marcus *De rebus suis* VI. 13. VIII. 24. ciborum, balneorum, unguentorumque oblectationes philosophico supercilio contemnit.

(3) Ita Cod. pro *cibo*.

cuiusque accommodata, possunt omnium esse communia, sed diversa sunt et quæ communia omnibus. Aliud prandium gubernatori commune, et aliud pugili de integris tegoribus (1). Aliud prandendi tempus, alia lavatio, alius somnus, alia pervigilatio. Considera igitur, an in hac secunda ratione officiorum contineatur eloquentiæ studium. Nam Cæsarum est in senatu quæ e re sunt suadere, populum de plerisque negotiis in concione appellare, ius iniustum corripere, per orbem terræ litteras missitare, leges ceterarum gentium compellare, sociorum culpas edictis coercere, benefacta laudare, seditiosos compescere, feroces territare. Omnia ista profecto verbis sunt ac litteris agenda. Non excoles igitur id, quod tibi totiens tantisque in rebus videas magno usui futurum? An nihil referre arbitraris, qualibus verbis agas,

---

(1) Ita Cod. pro *tergoribus* vetere orthographia.

quæ nonnisi verbis agi possunt? Erras, si putas pari auctoritate in senatu fore Thersitæ verbis expromptam sententiam, et Menelai aut Ulixi orationem: quorum Homerus et voltus in agendo, et habitus et status, et voces (ca)noras, ac modulationum eloquentiæ genera diversa *describit* (1). Non denique . . . . . Quisquam vereri potest quem inridentius quam dictorum (eius causa haud) contempserit * ? . . . Nemo tanta auctoritate est, qui non, ubi peritia deficitur, ab eo qui peritior est despiciatur . . . Tibi tanta eloquentia est, quæ ad laudem etiam supersit . . . . Etiam Viriathus etiam Spartacus (2) belli scientes et manu prompti fuerunt. Sed etiam omnes

* *In margine:* Quæ res auctoritatem Principum minuat.

(1) Iliad. γ. 212. et seqq.

(2) Viriathus et Spartacus ille e pastore Lusitano, hic e gladiatore Thracio duces exercituum facti, armis utique sed non eloquentia valere potuerunt.

universos (1) quicumque post Romam conditam oratores extiterunt, illos etiam quos in Oratore (2) Cicero eloquentiæ civitate gregatim donavit si numerare velis, vix trecentorum numerum complebis: quom (3) ex una Fabiorum familia trecenti milites fortissimi pro patria dimicantes uno die occubuerint (4). Non . . . gentium . . . . milia sub pellibus . . . . unum etiam *na*vium, quem tu præ . . . ego hac in re . . . cum . . . ubi . . . eos apud . . . a Belo . . . neque officii obses . . . quam philosopham . . . *ra*cioni potes in isto . . . altius non . . . nihil . . . (co)ercet . . . quidem . . . . sumpsit se . . . valeat . . . hinc quæ . . .

---

(1) Pleonasmus non infrequens apud latinos.

(2) Puto intelligendum Opus *de Claris Oratoribus* seu *Brutus*, in quo Cicero accuratum catalogum latinorum Oratorum contexuit: quos inter quum multos infimos enumeraret, fingitur ibidem reprehensus ab Attico (Cap. LXIX.) his verbis: *Tu quidem de fæce hauris.*

(3) Cod. *quod.*

(4) V. Livium II. 50.

minusve . . . ut principio incre(pa)ndum . . . ut post principia or . . . . candos ubi gradus . . . habenis eloquentia per . . . dum quando . . . cum . . . maguo . . . inquit . . . illi qui . . . uter contemnant . . . medebor . . . temnar . . . gypso . . . solitatim (1) . . .

Fragmentum VI.

. . . . διασκευὴ et παρεύβασ. . . . carendum. Enimvero ad philosophos librum legas; magistro interpretanti tacitus adtendas; intellexisse adnuas; aliis legentibus ipse plerumque dormites (2); audias

---

(1) Vocabulum *solitatim* repetitur in margine ut notabile. *Solitas* quidem pro *solitudo* legitur apud Nonium Marcellum ex Accio; si tamen locus est sincerus, nam videndus idem Nonius etiam in voc. *miserari*.

(2) Opus Frontonis de Orationibus scriptum est ad M. Aurelium iam Augustum, ut constat ex Fragmento IV. Libri II. Iam vero exploratum est, Marcum etiam in illius dignitatis fastigio collocatum, ad magistros suos philosophos discendi causa ventitasse. Ad Apollonium Stoicum venisse narrat

τὶ τὸ πρῶτον, τὶ τὸ δεύτερον diu multumque numerari: *εἰ ἡμέρα ἐστὶν, πῶς ἐστιν* (1) fenestris patentibus laborari (2). Securus inde abeas, cui nihil per noctem meditandum aut conscribendum, nihil magistro recitandum, nihil de memoria pronuntiandum, null(a verborum) indagatio, nullius synonymi ornatus, nihil de græco in nostram linguam (pariter) vertendum (3). In eos quoque meus Magister

---

Capitolinus in *Marco* p. 33. B. Ad Sextum Chæronensem item Stoicum narrat Philostratus in *Herode* IX. Ex hoc autem loco Frontonis eruitur, Marcum illis obscura suæ sectæ scripta prælegentibus dormitasse.

(1) De Stoicorum interrogatiunculis sic Cicero in *prohœm. Parad.* » In ea hæresi (Stoicorum) » quæ minutis interrogatiunculis, et quasi punctis, » quod proposuit, efficit ». Recole etiam ad Fragm. I. p. 219. n. 2.

(2) Innuit Fronto Stoicorum paradoxa, de quibus vide, si placet, Lipsium in *Manuduct. ad Stoicam philosophiam* Lib. III. Dissert. 2.

(3) Iure Fronto Orator in philosophos stoicos invehitur. Nam etiam Cicero *de Oratore* III. Cap. XVII-XVIII. ubi quærit, quæ sit philosophia oratori coniuncta maxime, Stoicos ait vehementer ab oratore abhorrere, cum ob alia, tum » quod orationis genus » habent fortasse subtile, et certe acutum, sed,

Dionysius Tenuior (1) et . . . compositam

» ut in oratore, exile, inusitatum, abhorrens ab au-
» ribus vulgi, obscurum, inane, ieiunum, et tandem
» eiusmodi, quo uti ad vulgus nullo modo possit».

(1) Nota Magistrum Frontonis, et fortasse etiam scriptorem fabularum. Dionysii Tenuioris meminit Athenæus Lib. XI. p. 475. Διονύσιος δ' ὁ Λεπτὸς ἐξηγούμενος Θεοδωρίδα, τὸ εἰς τὸν Ἔρωτα μέλος, τὴν κελέβην φησὶ τίθεσθαι ἐπὶ ὀρθοῦ ποτηρίου, οἷον Προυσιάδος καὶ Θηρικλείου, *Dionysius autem cognomento Tenuior, explicans Theodoridem, quæ carmen est in Amorem, autorem scribit celeben dixisse rectum poculum, quale est Thericleum aut Prusias.* (Locum Athenæi ita fere interpretatur Dalechampius, a quo dissentit Meursius in Libro *de Dionysiis.* Quod tamen attinet ad Dionysium Tenuiorem, nulla inter eos diversitas).

Dionysium Tenuiorem ab Athenæo memoratum patet eumdem esse (ut censet etiam Meursius in Opere citato) ac descriptum in Etymologico magno his verbis : Διονύσιος ὁ Ἀσκάλαφος, ἐλέγετο ἢ ὅτι συνεχῶς ἐμέμνητο τοῦ Ὁμηρικοῦ στίχου,

Οἱ δ' ἀμφ' Ἀσκάλαφον καὶ Ἰάλμενον ἠδὲ Ὀρέστην.

ἢ ἐπειδὴ μακρὸς καὶ λεπτὸς ἦν καὶ ὠχρός. τοιοῦτον δέ ἐστιν ὁ ἀσκάλαφος τὸ ὄρνεον, *Dionysius Ascalaphus ita dictus fuit vel quod semper in ore haberet istum Homeri versum,*

Qui autem circa Ascalaphum et Ialmenum vel Orestem ;

vel quod corpore procero ac tenuiore esset et pallido. Talis autem est volucris Ascalaphus. Vide etiam quæ dicimus de Dionysio rhetore ad Epistulam IV. græcam.

fabulam protulit de disceptatione Vitis et arboris Ilicis (1).

Vitis * se ante Ilicem ferebat, quod suavissimum fructum hominum conviviis et Deum altaribus crearet. Idem dulce esu, idem haustu iucundum. Tum se maiore cura, quam Cleopatram reginam ornari, comptius quam Laidem formosam. Pampinos suos ita pulchros esse, ut necterentur ex eis Libero thyasi, corona Sileno, Nimphis Bacchisque redimicula. Ilicem esse horridam, infructuosam, inamabilem: creare boni aut

* *In margine*: De laude Vitis quam (2) Ilicis, et de disceptatione quam sibi invicem retulerunt.

(1) Hanc fabulam utrum ex libris Dionysii ad verbum exscribat Fronto, an memoriter recitet, an etiam græce fortasse prolatam a Dionysio, latinam faciat noster Orator, divinare non licet.

(2) Ita Cod. non præcedente *tam*. Recole Epist. VII. Lib. I. ad Amicos p. 143. cum n. 4.

amœni numquam quicquam præter glandem . . . et in lacerata . . . Item vos . . . .

. . . .

Nunc ego consulto in fabulis desino, ut siqua acrius dicta sunt, permixta fabulis molliantur.

·M· FRONTONIS

AD ·M· ANTONINUM

DE ORATIONIBUS (1) LIBER I.

explicit.

Legi emendavi qui supra.

---

(1) Hæc verba *De Orationibus* vix leguntur in Codice, aut ne vix quidem. Sed tamen heic desinit omnino *Liber de Orationibus*, quia totum Codicis folium constans paginâ 387. et 388. Concilii Chalcedonensis habet materiam subscriptam *de Orationibus*: et patet ex recensentis notâ item subscriptâ *legi emendavi* etc. heic desinere Librum. Iam in pagina codicis 351. diserte et perspicue desinit subscriptus alius Liber *de Orationibus*, sequiturque subscriptus item in eadem pagina Liber Epistularum *ad Antoninum Pium*; ergo Liber qui desinit in pagina Codicis 351. non potest esse nisi secundus, seu certe alius. Ergo duo saltem sunt Libri Frontonis *de Orationibus*.

·M· FRONTONIS
AD ·M· ANTONINUM
DE ORATIONIBUS LIBER II.

Fragmentum I.

Pauca subnectam fortasse inepta *et* iniqua. Nam rusus (1) faxo Magistrum me experiare. Neque ignoras omnem hanc magistrorum *turbam* (2) vanam propemodum et stolidam esse: parum eloquentiæ, et sapientiæ nihil. Feres profecto buona (3) venia veterem potestatem, et nomen magistri me usurpantem denuo. Fateor

(1) Ita Cod. *rusus*, quod paulo recentior manus fecit *rursus*. Recole Epistulam III. Libri II. ad Amicos, ibique nostram notam.

(2) Videbatur inserendum vocabulum *turbam*. Nisi malis emendare sic: *nomen hoc magistrorum vanum propemodum et stolidum esse*.

(3) Ita Cod. *buona*. Et quidem *duonum* pro *bonum* legitur apud Festum. Sic *duellum*, *Duellona* pro *bellum* et *Bellona*. V. Varr. *De L. L.* VI. 3. *Buona* superest adhuc in vulgari Italorum lingua.

enim, quod res est, unam solam posse causam incidere, qua causa claudat (1) aliquantum amor erga te meus, si eloquentiam neglegas. Neglegas tamen vero potius censeo, quam prave excolas. Confusam eam ego eloquentiam catachannæ (2) ritu, partim igneis nucibus Catonis, partim Senecæ mollibus et febriculosis prunuleis (3) insitam, subvertendam censeo radicitus (4), immo vero plautino irato (5)

(1) Nempe *claudicet*.

(2) Arbor *Catachanna* nominatur etiam in Epist. VII. Libri II. ad Marcum. In margine autem hoc loco repetitur *catachannæ ritu*, ut dictio notabilis.

(3) Observa vocabulum *prunuleis*.

(4) Notemus iudicium Frontonis de eloquentia Catonis et Senecæ. Catoni quidem valde studebat M. Aurelius. Scribit enim in Epist. V. Libri nuper laudati: *Uni M. Porcio me dedicavi atque despondi atque delegavi*. Utrum autem Fronto reprehendat Senecam rhetorem an philosophum, iudicent Eruditi: præsertim cum utriusque Senecæ sæpe eadem vitia sint. Ego tamen de philosopho, utpote celebriore, heic agi puto.

(5) Cod. *trato* vel *frato*. Sed apparet, corrigendum esse *irato*, vel ex eo quod in loco Plauti (Mostell. 5. 1. 63.) unde petitur vox *exradicitus*, senex Theuropides alloquitur iratus servum Tranionem.

verbo EXRADICITUS (1). Neque ignoro copiosum et redundantem hominem esse. Verum sententias eius tolutares video, quamquam quadripedo concito cursu, tenere nusquam, pugnare nusquam: (ma)iestatem studere, *et* ut Laberius ait, DICTABOLARIA (2), immo dicteria potius eum quam dicta continere. Ita ne existimas graviores sententias (et eadem de re) apud Annæum istum repertu(m iri), quam apud Sergium (3)? Sed non modulatas æque (4); fateor: neque ita

(1) In editionibus Plauti est *eradicitus*, sed iam reponendum *exradicitus*.

(2) Nota vocabulum *dictabolaria*.

(3) Sergium Flavium latinorum verborum durum creatorem appellat Quintilianus Inst. VIII. 3. » Multa » ex græco formata nova ac plurima a Sergio Fla- » vio, quorum dura quædam admodum videntur, » ut *ens* et *essentia* ». Hunc fuisse auctorem Operis rhetorici colligitur ex eodem Quintiliano VII. 4. » Hoc tantum admiror, Flavium, cuius apud me » merito summa est auctoritas, cum artem scholæ » tantum componeret, tam anguste materiam qua- » litatis terminasse ».

(4) Nempe, *existimo repertum iri apud Sergium.*

cordaces; ita est: neque ita tinnulas (1), non nego. Quid vero si prandium idem utrisque apponatur? at positas oleas alter digitis prendat, ad os adferat; ut manducandi ius fasque est, ita dentibus subiciat: alter autem oleas suas in altum iaciat; ore aperto excipiat; exceptas, ut calculos præstigiator, primoribus labris *

* *In margine:* Primoribus labris. Facit nominativum singulare hoc primor (2) labrum.

(1) Cod. *atinnulas*, sed deletâ, ut videtur, priore *a*.

(2) *Primores* dixerant masculinum semper plurale Charisius in Putschio p. 20, 6. Diomedes p. 315, 3. Non declinari in numero singulari dixerat Phocas in eodem Putschio p. 1708, 21. Sed falso hæc dicta erant, ut exempla apud Forcellinum laudata luculenter ostendunt. Sed vide et Vossium *De Gramm.* III. 42. Servius autem ad Æneid. IX. 309. ait: nominis *primores* nominativum singulare non inveniri, cui sententiæ accedit Forcellinus. Verum his quoque contradicit ille Vir doctus qui Frontonem nostrum recensuit, et hasce notulas in marginibus codicis addidit. Utrum autem recti singularis duplex sit positio *hic et hæc primoris* et *hoc primor*, an potius unica *hic et hæc et hoc primor*, id demum exempla, siquando emergent, docebunt.

ostentet; ea re profecto pueri laudent (1), convivæ delectentur: sed alter pudice pranderit, alter labellis gesticulatus erit. At enim sunt quædam in libris eius scite dicta, graviter quoque nonnulla. Etiam lamminæ interdum argentiolæ (2) in cloacis inveniuntur; ea ne re cluacas (3) purgandas redimemus? Primum illud in isto genere dicendi vitium turpissimum *, quod eandem sententiam milliens alio atque alio amictu indutam referunt. Ut

* *In margine*: Vitiosum dicendi genus eandem sententiam alio atque alio amictu induere.

(1) Videtur corrigendum *gaudeant*. Quoniam autem hæc similitudo refertur ad Senecam, ut puto philosophum, obiter noto etiam a Quintiliano X. 1. dici eumdem puerorum potius amore quam eruditorum consensu comprobari.

(2) Ita Cod. *argentiolæ* pro *argenteolæ*.

(3) Ita Cod. *cluacas*, etiamsi paulo ante scriptum sit *cloacis*.

histriones quom (1) palleolatim (2) saltant, caudam cycni, capillum Veneris, Furiæ flagellum eodem pallio demonstrant. Ita isti unam eandemque sęntentiam multimodis faciunt, ventilant, commutant, comvertunt (3), eadem lacinia salutant, refricant eandem unam sententiam sæpius quam puellæ olfactoriæ sucina. Dicendum est de Fortuna aliquid? Omnis ibi Fortunas Antiatis, Prænestinas, Respicientis: balnearum etiam Fortunas (4) omnis cum

---

(1) Cod. *quam*.

(2) Apud Plautum legitur cum *i palliolatim*. Ita in Pseud. 5. 1. 28. servus ebrius de sua saltatione ait:

" . . . .. Quippe ego
" Qui probe Ionica perdidici. sed palliolatim amictus
" Sic hac incessi ludibundus".

Consonant *palliolatus* apud Sveton. in *Claud.* 2. *palliolata* apud Martial. Lib. IX. Epigr. 33. Tunicas *palliolatas* memorat Vopiscus in *Bonoso* p. 365. A.

(3) Ita Cod. *comvertunt*.

(4) Fortuna dicta est *Antias* et *Prænestina* ob cultum præcipuum in hisce urbibus eidem exhibitum. Vide ex. gr. Horatium Od. I. 35. 1. Ciceronem *De Div.* II. Cap. XLI. Fortunis Antiatibus exstat inscriptio apud Gruterum p. LXXII. 3.

pennis (1), cum roteis (2), cum gubernaculis (3) reperias. Unum exempli causa Poetæ * prohœmium commemorabo, Poetæ eiusdem temporis eiusdemque nominis: fuit *enim* (4) æque Annæus. Is initio carminis sui septem primis versibus nihil aliud

* *In margine:* Vituperat Lucanum.

Eædem sunt in nummo Gentis Rustiæ. V. Eckhelium Doctr. num. vet. Tom. V. p. 298. Fortuna appellata est etiam *Respiciens*, scilicet *ad opem ferendam*, ut ait Cicero *De Leg.* II. Cap. XI. Balnearum Fortunæ exstat item inscriptio apud Gruterum p. LXXIII. 5. ob balneum curante quodam Frontone restitutum. DEÆ FORTUNÆ. VIRIUS LUPUS. LEG. AUG. PR. PR. BALINGIUM. VI IGNIS EXUSTUM. COH. I. THRACUM. RESTI TUIT. CURANTE. VAL. FRONTONE PRÆF... TO ALÆ. VETTO

(1) In codice scriptum est *plenis* tum *emendatum pennis*. Censeo dicendum *pinnis*. Et quidem de statua Fortunæ reducis cum pinnis navium vide Gruterum p. LXXII. 4.

(2) Ita Cod. *roteis*, licet posterior manus videatur delevisse litteram *e*. Sed placet antiqua orthographia.

(3) Statua Fortunæ cum rota et gubernaculo edita est in Museo Pio-Clementino Tom. II. Tab. XII.

(4) Addidi *enim*.

quam BELLA PLUSQUAM CIVILIA interpretatus (1) est. Nu(nc hoc) replicet (2) quod (3) sententiis! IUSQUE DATUM SCELERI, una sententia est. IN SUA VICTRICI CONVERSUM VISCERA, iam hæc altera est. COGNATASQUE ACIES, tertia hæc erit. IN COMMUNE NEFAS, quartam numerat. INFESTISQUE OBVIA SIGNIS (4), *appel*lat quoque quintam. SIGNA, PARES AQUILAS, sexta hæc Herculis ærumna. ET PILA MINANTIA PILIS; septima, de Aiacis scuto corium (5). Annæe quis finis erit? Aut si nullus finis neque modus servandus est, qur non addis et similes lituos, addas licet et carmina nota tubarum, sed et loricas et conos et enses et

(1) Cod. *interprætatus*.

(2) Ita Cod. *replicet*.

(3) Ita Cod. pro *quot*. Sic alibi *adque* pro *atque* et versa vice *aput* pro *apud*. V. Cellar. Orthogr. lat. p. 20.

(4) Cod. SIGNA.

(5) *Clypei dominus septemplicis Aiax*. Ovid. *Amor*. I. El. VII. 7.

balteos, et omnem armorum supellectilem sequere. Apollonius autem, non enim Homeri prohœmiorum par artificium est (1), Apollonius, inquam, qui ARGONAUTAS scripsit, quinque re .... quattuor versibus narrat *παλαιγενέων κλέα φωτῶν*, viros qui navigassent. *οἱ Πόντοιο κατὰ στόμα*, iter quo navigassent. *βασιλῆος ἐφημοσύνῃ Πελίαο*, cuius imperio navigassent. *χρύσειον μετὰ κῶας*, cui rei navigassent. *εὔζυγον ἤλασαν Ἀργὼ*, navem qua vecti essent. Isti autem tam oratores (2) quam poetæ consimile faciunt

(1) Belle consentit Longinus *περὶ ὕψους*, Cap. XXXIII. cui exploratum est, neminem malle se esse Apollonium quam Homerum. Quintilianus quidem X. 1. ait, Apollonium *non contemnendum edidisse opus æquali quadam mediocritate*; sed quod sequitur Frontonis iudicium de Apollonii saltem prohœmio satis acerbum est. Quod si innotuisset eminentissimo viro Flanginio, qui in præfatione ad eiusdem Interpretationem p. XXII-XXVII. iudicia doctorum hominum de Apollonio (et quidem sæpe adversa) collegit, causam poetæ sui peiorem oppido existimasset, in eaque tuenda segnius, ut puto, nervos intendisset.

(2) A Seneca philosopho scriptas etiam orationes fuisse testis est Quintilianus X. 1.

atque citharœdi solent unam aliquam vocalem litteram de (IU)NONE vel de AEDONE (1) multis et variis accentibus (cant)are. Quid ego verborum sordes et illuvies? quid verba modulate collocata et effeminate fluentia (2)? .... (tibi igitur) .... et aversantes .... nare hoc eloquentiæ genus. Clipeo (3) te Achillis (4) in orationibus .. *μάλα* .. *pugnare* oportet, non parmulam ventilare, neque hastulis histrionum ludere. Aquæ de sipunculis concinnius saliunt, quam de imbribus ... rem laudant(e) .. quærit .. quis istorum .. pandere .. apud ...

(1) An hæc fuerunt cantilenarum initia? Est autem notissima fabula Aedonis et Polytechni coniugum, quibus offensa Iuno miserrimas calamitates intulit.

(2) Consonat Cicero *Orator* XII. qui hoc genus elocutionis *delicias vel potius ineptias* vocat.

(3) Ita Cod. *clipeo* cum *i*.

(4) Nota genitivum *Achillis*, quum alibi Fronto scripserit *Achilli*.

FRAGMENTUM II.

ANAXAGORÆ (1) non Alexini (2) sycophantæ auditor . . . Tragicus Æsopus (3) fertur non prius ullam suo induisse capiti personam, antequam diu ex adverso contemplaretur pro personæ vultu gestum sibi capessere ac vocem. . . . An maiorem tragœdiam putas Amphiaraum (4) scribere, quam de terrarum hiatu dicere? . . . . tu de fulmine disputas . . . . *ni*kil unquam . . . . *opi*nionis tot . . . .

(1) Anaxagoras Clazomenius Periclem ad eloquentiam instituit. V. Isocratem *de Permut.* in parte nova Edit. græc. Mediol. p. 109. Porro eamdem sententiam, qua hîc utitur Fronto ad M. Aurelium, Cicero usurpat *de Orat.* III. Cap. XXXIV. » *Periclem* non clamator aliquis ad clepsydram » latrare docuerat, sed, ut accepimus, Clazo- » menius ille Anaxagoras, vir summus in maxi- » marum rerum scientia ».

(2) De Alexino recole dicta ex Tullio ad Fragm. I. de Orationibus p. 218. n. 3.

(3) Recole ad Epist. X. Lib. ad Pium p. 22. n. 3.

(4) Cod. *Amphiarum.*

esse . . . conamen . . . stillicidiis . . . . putas *scribere*, quam... quando.... Dabit philosophia quod dicas, dabit eloquentia quod . . . . Dialecticorum verbis scribat: suspirantem, tussientem immo Iovem scripserit, non tonantem. Para potius orationem, dignam sensibus, quos e philosophia hauries: et quanto honestiús sentis, tanto augustius dicas (1). Quin erige te et extolle, et tortores istos, qui te ut abietem aut alnum proceram incurvant, et ad chamætorta (2) detrahunt, valido cacumine tuo excute et tenta an usquam ab (eloquentia) discesseris. Sed comitem philosophiæ . . . . . sermones gibberosos retortos . . . . Si tenueris, contemnas; quom contemseris, nescias. Dic, obsecro, mihi, de Dialecticis istis ecquid tenes? Ecquid tenere te gaudes?

(1) Hæc Frontonis monita parum movisse videntur M. Aurelium: namque in Opere suo græco, quod superest, is quidem honestissime sentit, sed non adeo auguste dicit.

(2) Nota vocabulum *chamætorta*, quod repetitur etiam in margine, sed sine diphthongo.

Nolo mihi dicas, apud te ipse reputa. Ego illud prædico, quom plurimos amicos in hac disciplina tenueris . . . An tibi sæpe . . . supersit . . . . tamen si dixisses nonnumquam. . . . satis consuluisses . . . is . . . . supra . . . . adhuc modum. Verum etiam sæpe vir sapientissimus . . . nescit, novo plane modo. Sed si ita res tulerunt . . . . de puteo quoque . . . . Puteus istic minus sorderet . . . si ita . . . . Ver*um* . . . . tum mihi . . . . * . . . *senten*tias inopinatas aliis *expec*tatas. Tanto maius periculum sententiis inest, nisi figurationibus moderatis temperantur. Græcis verbis fortasse apertius significabo: *τὰ καινὰ καὶ παράδοξα τῶν ἐνθυμημάτων εἰ . . . π' ἑαυτὰ πλα . . . πε η πιθαν . . . δὲ τὸ αι . . . τὶ καὶ . . . πειπ* . . . Hoc ego anim . . . nullis

* *In margine:* de Amicitia (1).

(1) Periit locus *de amicitia*.

rationibus . . . liber * . . . rarus. Scias igitur in hoc uno eximio (1) eloquentiam tuam claudere (2). Moneo igitur Marcum meum etiam atque etiam, et ut meminerit obsecro, quotienscumque ἀδ(οξ)ότερον ἐνθύμημα animo conceperis, volvas illud, temet diversis et variis figurationibus verses temptesque, et verbis splendidis excolas (3). Nam quæ nova et inopinata audientibus sunt, periculum est, nisi ornentur et figurentur, ne videantur absurda. Cetera omnia tibi in eloquentia

* *In margine*: Mire (4).

(1) Cod. videtur habere *eximum*.

(2) Nempe *claudicare*.

(3) Hoc ipsum sibi faciendum proposuit Cicero cum *Paradoxa Stoicorum* coniecit in communes locos. « Nihil est enim (inquit in Prohœmio Paradoxorum) tam incredibile, quod non dicendo fiat probabile : nihil tam horridum, tam incultum, quod non splendescat oratione, et tamquam excolatur ».

(4) Hic quoque *mirus* locus periit.

expolita et (explanata) sunt. S
quærere, scis reperta recte
scis colorem sincerum vetusta
gere, sententiis autem gravissi
nestissimis abun*dare* . . . trala
tum . . . res ita impule(rint) .
Inesse . . . versum . . . . Alt
prium COMES, alterum transl
FEX. Neque ulla verbis isti
communio inest neque propin
fendit igitur aures ingruens di
sapere... Sallustius *ait* (2) QUIQU
VENTRE, PENE, BONA PA
CERAVERAT . . . Vides quan
litudine formæ verborum ads
ut postremum verbum, quam
rum pudicum, non indecoru
deatur: ideo scilicet, quod
similia præcedant. Quod si ita

* *In margine*: Mire.

(1) Ita Cod. *tralatum*, at inferius t
(2) In Bell. Catil. Edit. Paris 1674.

contra dixisset, QUIQUE EA (1) PENE BONA PATRIA LACERAVERAT; indita (2) obsceni(tas) eis appareret . . . . . . .trat ais (VENTRE), MANU, VENERE (3). Ad . . . (aures, tertioque) . . . . .

FRAGMENTUM III.

Vocis modulatæ amatores (4) primas audisse feruntur aves vernas luco opaco. Post pastores recens repertis fistulis se adque pecus oblectabant. Visæ fistulæ longe (5) avibus modulatiores . . . . murmurantium voculis in luco eloquentiæ oblectantur . . . . Ennium deinde et Accium et Locretium (6) ampliore iam mugitu personantis, tamen tolerant. At ubi

(1) Ita Cod. QUIQUE EA.

(2) Cod. *ineditas*.

(3) Cod. videtur habere VENIRE.

(4) Incipit elegantissima Frontonis *de Origine eloquentiæ* fabula, quæ tamen non nisi mutila et hians legi potest in Codice.

(5) Cod. *longæ*.

(6) Ita Cod. *Locretium*.

Catonis et Sallustii et Tulli tuba exaudita est, trepidant et pavent et fugam frustra meditantur. Nam illic quoque in philosophiæ disciplinis, ubi tutum sibi perfugium putant, Platonis fone(mat)a (1) erunt audienda. Hæc in eos fabula competit, qui nulla indole præditi eloquentiam desperantes fugitant. Tibi, Cæsar (2), maximum, sublime, et excelsum, et amplificum ingenium ab Dis datum est. Nam primi tui sensus et incunabula studiorum tuorum mihi cognita sunt. Elucebat in puero iam tunc nobilitas mentis et dignitas sententiarum, quibus sola deerant verborum lumina: ea quoque variis exercitationibus instruebamus (3). Ibi tu mihi videre mor(a tempor)ali,

---

(1) Ita *fone(mata)* cum *f*. Et nota vocabulum.

(2) Cod. *Tibi ut cui*, *Cæsar*, *maximum* etc.

(3) Verissima dicit Fronto de felicibus M. Aurelii adolescentis studiis. Testes quippe sunt elegantes Marci, quas nos protulimus in lucem, litteræ a Frontone ipso superius nominatim commendatæ (in Epist. I. Lib. I. ad Marcum p. 37.). Sed enim suspicor,

et laboris tædio defessus eloquentiæ studium reliquisse (1): ad philosophiam devertisse, ubi nullum prohœmium cum cura excolendum, nulla narratio breviter et dilucide et callide collocata, nullæ quæstiones partiendæ, nulla argumenta quærenda, nihil

---

huius ornati generis Epistularis, quod a Frontone didicerat, iacturam deinde fecisse Marcum sub Rustico stoico. Ita enim de se scribit Marcus in Opere *de rebus suis* I. 7. Παρὰ Ῥουστίκου . . . *τὸ τὰ ἐπιστόλια ἀφελῶς γράφειν, οἷον τὸ ὑπ' αὐτοῦ τούτου ἀπὸ Σινοέσσης τῇ μητρί μου γραφὲν, A Rustico didici epistulas simpliciter scribere, quales ipse ad matrem meam Sinuessâ dedit.* Vix autem dubito, quin Rustici stoici dictio a Frontoniana vehementer abhorruerit. Atqui Marcus Rustico arctissime adhæsit teste Capitolino in eius vita p. 33. C. » Audivit » (Marcus) præcipue Iunium Rusticum, quem » et reveritus est et sectatus: qui domi militiæque » pollebat, stoicæ disciplinæ peritissimum, cum quo » omnia communicavit publica privataque consilia. » Cui etiam ante præfectos prætorio semper osculum dedit: quem et consulem iterum designavit, » cui post obitum a senatu statuas postulavit ».

(1) Recole huius rei testimonium ex ipso M. Aurelio petitum superius ad Fragm. Lib. I. de Orationibus Fragm. II. p. 223. cum nota 1.

exaggerandum *. . . . . . ma condicio est. Ubi semel patet, acta sunt; facile cognitæ neglegantur. Contemni denique et nullo honore esse Rhetora videas: observari autem et omnibus officiis coli Dialecticos (1), quod in eorum rationibus semper

* *In margine*: Proba-(tionum corpus) excogitandum, narratio brevis lucida callida, quæstiones partiendæ, argumenta quærenda, exaggerandum.

(1) Sub Marco philosophante *παμπληθεῖς φιλοσοφεῖν ἐπλάττοντο, ἵν' ὑπ' αὐτοῦ πλουτίζωνται*, *magna hominum vis se philosophari simularunt, ut ab eo locupletarentur*, inquit Dio Lib. LXXI. 35. Divi Iustini Martyris discipulus Tatianus Assyrius, qui sub Marco floruit, ait in Oratione *contra Græcos* Cap. XIX. philosophos sui temporis accepisse ab Imperatore romano quotannis aureos sexcentos, ne scilicet barbam gratis prolixam ferrent. Lucianus item sub Marco clarus, in *Eunucho* circa initium, ait: constitutam ab Imperatore unicuique philosopho mercedem annuam decem millia drachmarum. Itaque et petulantes evaserunt philosophi, ita ut Marcus eam rem purgare cogeretur, teste Capitolino in *Marco* p. 47. B. » Fama fuit sane quod sub philo- » sophorum specie quidam remp. vexarent, et pri- » vatos: quod ille purgavit ».

obscuri aliquid et tortuosi sit: eoque fit, ut magistro discipulus hæreat semper et inserviat, vinctus perpetuis quibusdam vinculis attineatur. Dicet aliquis: tu igitur præter ceteros nimirum verbis pulchris et insignibus utens? Ego immo volgaribus et obsoletis. Quid igitur est? Nisi istud saltem scirem, deterioribus uterer.

Fragmentum IV.

Antonino Augusto
Fronto

Pleraque in Oratione recenti tua (1) quod ad sententias adtinet animadverto egregia esse, pauca admodum uno tenus verbo corrigenda. Nonnihil interdum elocutione novella parum signatum. Quæ melius visum est particulatim scribere:

---

(1) Patet Marcum misisse Frontoni Orationem suam considerandam et corrigendam. Marci Imp. Orationes sæpe laudantur in Iure.

ita enim facilius perpendes singula, et satis temporis ad inspiciendum habebis, ut qui plurimis negotiis aut agendis occupatus sis, aut actis defessus. Igitur in prohœmio quæ egregie a te dicta putem, quæque arbitrer corrigenda, scribsi tibi. Scripturum deinceps pro amore in te meo confide cetera. Prima ergo pars tota mirifica est; multis et gravibus sententiis referta: in quibus eximiæ sunt .... Si recte .... quo genere Cato .... primis .... et hoc genere .... moderatæ et .... nonnullo .... esse. Si parce et cum dignitate ...... Multo deinde gravior et severior subiuncta ... Si nihil ... nobis opinionis ....

Fragmentum V.

Oculos convenientes dixisti. Quis clamor iteratur? apparuit enim utrumque verbum quæsitum et inventum. Quod ubi verbum invenisti (1), cavere

(1) Cod. *investi.*

pulchre sciv(isti). IMPEDITI VOCE dicuntur qui balbuttiunt (1), et contrarium est SOLUTA ET EXPEDITA VOCE: multo melius apparuit ENODATA. Quæsisse te arbitror ex eodem isto loco, quod est ἀπὸ τοῦ ἐναντίου, cum IMPERFECTA VOX balbuttientium sit, potuisse dici PERFECTAM. Quæ ignoras ... OCULOS CONVENIENTES dixisti...inprobatur hic locus... significatione est. Theodorus (2) ἀπὸ τοῦ . . . .

(1) Recole locum similem in Epistula quinta Alsiensi. Et quidem ea Epistula videbatur collocanda inter has de Orationibus; sed me movit, ut ibi dixi, clausula quartæ Alsiensis (cui quidem attexebatur quinta) ad utramque in Librum Alsiensium coniiciendam. Ceterum utrubi ea fragmenta duarum Epistularum colloces, id denique parvi refert.

(2) De hoc Theodoro loqui Tullium opinor in *Bruto* XII. „ Quod Theodorus esset in arte subtilior, „ in orationibus ieiunior „. Et in *Oratore* item XII. ubi de iis generibus orationum, quibus non ad iudiciorum certamen, sed ad voluptatem aurium utimur, dicitur: „ Hæc tractasse Thrasymachum Chal„ cedonium primum, et Leontinum ferunt Gorgiam: „ Theodorum inde Byzantium, multosque alios, „ quos λογοδαιδάλους appellat in Phædro Socrates: „ quorum satis arguta multa, sed ut modo pri„ mumque nascentia, minuta, et versiculorum „ similia quædam, nimiumque depicta „.

χῶς λέγεσθαι appellat. Nam convenire, et decere (1), et aptum esse, et congruere, et quod Græci ἡρμοςτηλε(ῖν) (2) appellant. Non dubito alia item verba percensuisse. Nam straboni oculi DISPARES sunt. Potuisse te PARES aut IMPARES dicere. DISCONCINNOS hos, illos CONCINNOS dici potuisse, COMVENIENTES (3) multo melius. Dicas fortasse: quid in Orationibus meis novicium, quid crispulum, quid (f)uscum, quid purpurisso litum , aut (tumidum, aut) pollutum? Nondum quicquam, sed vereor .... eas prom ..... unt. Laudo censoris ..... ludos talarios ..... quod semet ipsum diceret, cum ea præteristi. Difficile dignitati servire, quin ad modum crotali aut cymbali pedem poneret. Tum præterea multa sunt in isto genere dicendi sinceris similia, nisi quis

(1) Cod. *dicere*.

(2) Ita prorsus Codex ἡρμοστηλε(ῖν) litteris omnibus præter ultimas conspicuis. Et nota vocabulum græcum.

(3) Ita Cod. COMVENIENTES hoc loco cum *M.*

diligenter examinat *. IUSQUE DATUM SCELERI ·Q· Annæus ait. Contra Sallustius OMNE IUS IN VALIDIORIBUS ESSE. Gallicanus quidam declamator (1), cum Macedones deliberantis, Alexandro morbo mortuo, an Babylonem... QUID SI UTENS COM ... NES inquit, FACTUM EST. Eodem hoc verbo... CLA(UDI) ait, FACTUM EST.... (commemo)rabile. TIBERIS EST TUSCE TIBERIS quem iubes CLUDI (2).

* *In margine*: Multa sunt similia sinceris, nisi scrupulosius examinentur.

(1) Frontonis Epistula xxv. Lib. I. ad Amicos inscribitur *Gallicano*. Et quidem in ea sermo est de quodam novello oratore, qui videtur filius fuisse, si minus discipulus, *Gallicani* (nam Fronto masculis liberis caruit). Vide et quæ ibi adnotavimus de consulatu unius aut etiam alterius *Gallicani*. Nam certe sub Hadriano et Antoninis magnos honores Sophistæ consecuti sunt. Suspicabar etiam, *Gallicanum* heic esse nomen gentile pro *Gallico*, et tacite innui *Gallicum* sophistam Favorinum Arelatensem, qui Frontonis fuit æqualis et familiaris.

(2) Haud scio an hæc referantur ad Tiberis inundationem, quam Marcus coercendam, lege aliqua iusserit. Certe sub initiis imperii Divorum

TIBER AMNIS ET DOMINUS ET FLUENTIUM CIRCA REGNATOR UNDARUM (1). Ennius

POSTQUAM CONSISTI SE FLUVIUS QUI OMNIUM PRINCEPS,

QUI SUB CIVILIA, ait. Peritia opus est, ut vestem interpolem a sincera discernas. Itaque tutissimum est lectionibus eiusmodi apstinere. Facilis ad lubrica lapsus.

FRAGMENTUM VI.

UNUM Edictum tuum (2) memini me enim advertisse quod . . . scribseris . . . lo

---

Fratrum » Interpellavit (inquit Capitolinus in » *Marco* p. 37. A.) istam felicitatem securitatemque imperatoris prima Tiberis inundatio, quæ sub » illis gravissima fuit; quæ res et multa urbis ædificia » vexavit, et plurimum animalium interemit, et famem gravissimam peperit. Quæ omnia mala Marcus » et Verus sua cura et præsentia temperarunt ».

(1) Videtur M. Aurelius imitatus in sua lege locum Æneidis VIII. 77. ubi Tiberis dicitur
» Corniger Hesperidum fluvius regnator aquarum ».

(2) Pergit nunc Fronto ad emendandum M. Aurelii quoddam Edictum. Sedulam quippe curam

aliquo libro, cuius Edicti initium (fuisset) FLORERE INLIBATAM IUVENTUTEM. Quid hoc est, Marce? Hoc nempe dicere vis, cupere te Italica oppida frequentari copia iuniorum. Quid in primo verbo et versu facit FLORERE? Quid significat INLIBATAM IUVENTUTEM? Quid sibi volunt ambitus isti et circumitiones? Revertere potius ad verba apta et propria et suo suco imbuta. Scabies, porrigo ex eiusmodi libris concipitur. Monetam illam veterem sectator. Plumbei (1)

---

adhibebant Imperatores nequod insolens verbum aut impurum in sua edicta irreperet. Notissima sunt, quæ de Tiberii hac in re diligentia narrat Dio Lib. LVII. 15. et 17. Ut antiquius etiam exemplum commemorem, Cicero sententiolas quasdam obscuras, quas M. Antonius suo edicto inseruerat, salse ridet Philippic. III. Cap. IX.

(1) Plumbeos nummos apud Romanos extitisse, satis luculentus testis est Martialis Lib. I. Epigr. 100.

» Ut convivia sumptuosiora,
» Toto quæ semel apparas in anno,
» Nigræ sordibus explices monetæ:
» Et septem veteres tui sodales
» Constemus tibi plumbea selibra ».

Et Lib. X. Epigr. 74.

» Centum merebor plumbeos die toto ».

nummi et cuiuscemodi (1) adulterini in istis recentibus nummis sæpius inveniuntur, quam in vetustis, quibus

---

Adde Plautum *Casin.* 2. 3. 40. *Most.* 4. 2. 11. *Trin.* 4. 2. 120. Plumbeos tamen nummos veram non fuisse monetam, sed aliis usibus destinatos vehementer contendit Ficoronus in Præfat. ad Part. II. Operis *I Piombi antichi*, ex eoque Eckhelius Doctr. num. vet. T. I. p. XX. et Tom. VIII. p. 318. secus ac nonnulli Auctores censuerant apud eumdem Ficoronum p. 81.

Ceterum utrum indicet hoc loco Fronto plumbeos nummos pretiosiore metallo pelliculatos adeoque adulterinos, an veram plumbeam monetam per contemptum numeret in adulterina, definite non dicam. Martialis utique uterque locus usum legitimum plumbeorum nummorum mihi indicare videtur. Hoc equidem obiter dicam; suspectam mihi esse sententiam Eckhelii qui T. I. p. XX. duplex genus recensens nummorum plumbeorum, ALIOS EX HIS dicit ESSE ANIMAS ARGENTEORUM. Aes quidem et eiusmodi dura metalla anima esse possunt argenti, siquidem vim commatis pati queunt quin dilatentur, et pelliculam superinductam, fraude detectà, excedant. Sed contra de plumbo dicendum videtur. Plures certe ostendebat mihi veteres nummos pelliculatos in Museo reg. num. Mediol. egregius eiusdem Custos Cattaneus, quorum nullus, adhibito examine, plumbeam animam prodidit.

(1) Ita Cod. *cuiuscemodi.*

signatus (1) est PERPERNA (2) vel TR(EBO) (3). Quid igitur non malim mihi

(1) Cod. fortasse habet *signitus*.

(2) Ita evidenter cod. PERPERNA. Est autem omnino insignis hic locus Frontonis. Dicit enim oblique Fronto, inter vetustos nummos, quibus signatus est Perperna, adulterinos aliquot inveniri. Iamvero Perpernæ nummos quosdam a Goltzio prolatos rei nummariæ Scriptores inter consulares incertæ fidei collocant. V. Thesaurum Morell. T. I. p. 605-606. Atqui ex hoc loco Frontonis iam patet, antiquitus etiam aliquot Perpernæ nummos iudicatos fuisse adulterinos. Ergo Goltzius, quos edidit Perpernæ nummos, non videtur suo ipse ingenio procudisse, sed vere in antiquis repertos, seu sinceros seu spurios, publicandos curasse.

(3) Ita mihi videor in codice legere. Ceterum huius vocabuli TR(EBO) pars posterior satis est obliterata et dubia, ut parenthesi appositâ fassus sum. Favet autem lectioni meæ, quod quidam nummi item Trebonii a Goltzio luce donati cum inscriptione TREBON, in consularibus incertæ fidei numerantur. V. nuper laudatum Thesaurum Morell. T. I. p. 621-622. itemque p. 627. Immo alter Trebonii nummus, (sed legitimus et alio cum typo) quem primus edidit Seguinus (Select. Numism. Edit. Paris. 1684. p. 96.), præfert inscriptionem STATI. TREBO. Et nota litteras TREBO in nummo Seguini prorsus ut in hoc (si recte legimus) loco Frontonis. Iam quum spurii aliquot exstiterint olim Perpernæ et Trebonii nummi, hinc eruas, iisdem cum typis etiam legitimos aliquot exstitisse. Nam qui nummos lucri causa adulterat, is incognitum typum non procudit.

nummum Antonini aut Commodi aut Pii (1)? Polluta et contaminata et varia et maculosa, maculosioraque (2) *hœc sunt verba*, QUAM NUTRICIS PALLIUM (3). Omni ergo opera, si possit *fieri*... linguam (communem) reddas. Verbum aliquod adquiras non fictum a te, nam id quidem absurdum est, sed usurpatum concinnius, aut congruentius, aut accommodatius. Tantum antiquitatis cura e(sto). Pro ITALICA GENTE, MAIORIBUS Sallustius ait. Antiquitatis verbum usitatum, sed nusquam (eo) sensu usurpatum (neque)

(1) Merito commendat Fronto horum Cæsarum nummos. Nam fabrica quidem nummaria apud Romanos summum denique perfectionis apicem obtinuisse videtur sub Hadriano et Antoninis. *Commodum* autem cum dicit Fronto, videtur indicare L. Verum qui et *Commodus* fuit. Nam *Commodi* ex Marco geniti nummos haud facile credam vidisse Frontonem. Ceterum si forte hoc loco Fronto intelligeret Ceionium *Commodum* Ælium Verum, certe nummi (præsertim aurei) huius Cæsaris multo omnium præstantissimi sunt, ut ego ipse in regio Museo nummario Mediolanensi memini me notare.

(2) Cod. *maculosioremque*.

(3) Hæc dictio petitur ex Plauto Bacchid. 3. 3. 30.

probe adscitum. Nam volgo dicitur, quod potius sit, antiquius esse. Inde ipsa Sallustio derivata. Et quoniam minus...et minus est verbum... .sequenti verbo... (sec)tatus. Antiquitatis (eos æque) hoc modo MUNICIPES SACRORUM * (actus)... Quid... arem ... vale ... poculum ... ad hoc... mire... hoc genus verborum Accius Plautus sanus... numero uno ... dere rem ... le... væ ... reno ... de vire ...

·M· FRONTONIS
AD ·M· ANTONINUM
DE ORATIONIBUS LIBER II.
explicit.

Legi emendavi qui supra.

---

* *In margine.* Municeps sacrorum (1).

---

(1) Hæc dictio repetitur in margine ut notabilis. Et quidem *municeps* dicitur a fungendo vel capessendo seu accipiendo munere, ut Festus, Gellius XVI. 13. Isidorus Etym. IX. 4. docent. Vide etiam Digestorum Lib. 50. Tit. 1. Leg. 1. *Sacra municipalia* quæ fuerint disce a Festo, nec non a Sigonio *De Iure civ. rom.* I. 8.

·M· FRONTONIS

RELIQUIÆ ORATIONUM

NEC NON ALIQUOT EIUSDEM EPISTULÆ

18

PARS ORATIONIS

DE TESTAMENTIS TRANSMARINIS

Editoris Monitum

Hæc CAUSA caret initio et fine, immo amissæ Orationis nonnisi breve, sed tamen nobile, fragmentum superest. Amisso etiam titulo, visum mihi est inscribere, ut materia suadebat, DE TESTAMENTIS TRANSMARINIS. Existimo autem hanc sine dubio esse Orationem: nam et de CAUSA loquitur ipse Fronto, et stilus et elocutio, et controversia, quæ agitatur, Scripti huius genus satis indicant.

Occasionem huic CAUSÆ dedisse videtur Principis nescio quod decretum, quo necessitas creabatur Testamenta in transmarinis provinciis condita Romam deferendi. In Codice quidem Iustinianeo Lib. 6. Tit. 23. Leg. 18. exstat contraria Lex Arcadii et Honorii his verbis: » Testamenta omnia, ceteraque quæ ad officium cen» suale publicari solent, in eodem (loco) reserventur, nec usquam » permittatur fieri ulla translatio ». Videnda tamen explicatio Cuiacii Operum eius Tomo III. p. 687. quæ paulisper a nostro proposito recedit. Quod autem in eadem lege additur: » Mos namque retinendus » est fidelissimæ vetustatis » id scilicet fortasse indicat, decretum illud, quod tollendum Fronto censet in hac Oratione, brevi tempore valuisse.

PARS ORATIONIS
DE TESTAMENTIS TRANSMARINIS

. . . . mum terminare valent. Tuis autem decretis, Imp., exempla publice valitura in perpetuum sanciuntur. Tanto maior tibi vis et potestas, quam fatis adtributa est! Fata quid singulis nostrum eveniat statuunt; tu ubi quid in singulos decernis, ibi universos exemplo adstringis. Quare si hoc decretum tibi, Procos. (1), placuerit, formam dederis

---

(1) Ita evidenter codex *Procos*. nempe *Proconsul*, ut superius *Imp*. pro *Imperator*. Porro scripta est hæc Oratio ad Marcum, vel coram eo recitata, quandoquidem ipsam in Libro II. Epistularum ad eumdem inveni. Ex hoc autem loco Orationis patet Marcum tunc temporis fuisse *Imperatorem* simul et *Proconsulem*. Et Marcus quidem dicitur *Imperator* simul et *Proconsul* etiam apud Gruterum in tribus saltem Inscriptionibus, nempe CCLVIII. 6. 7. CCLX. 1. et apud Muratorium CDLV. 2. Imperatores autem romani iam inde ab Octaviano Proconsulatum quoque sæpenumero gesserunt, quæ nimirum erat potestas in omnes ditionis romanæ provincias. Hoc ius proconsulare etiam Cæsaribus summam potestatem nondum adeptis sæpe tributum est. Quod

omnibus omnium provinciarum magistratibus quid in eiusmodi causa decernant. Quid igitur eveniet? Illud scilicet, ut testamenta omnia ex longinquis transmarinis provinciis Romam ad cognitionem tuam deferantur. Filius exheredatum

---

attinet ad huiusmodi Proconsulatum Augustorum et Cæsarum videndi sunt Spanhemius de Usu numism. Dissert. XII. Cap. 9. Mazzolenus Tom. I. Animad. VII. in numism. Mus. Pis. et recentior Eckhelius Doctr. num. vet. T. VIII. p. 338. et seqq. Immo Pagius in Critica ad ann. Ch. 147. n. XII. et seqq. Cæsares a proconsulari imperio prænomen *Imperatoris* habuisse contendit. Certe, ut alios omittam, Antoninus Pius qui adoptivo patri Hadriano factus est collega in imperio proconsulari (V. Capitol. in *Pio* p. 26. C.) *Imperator* in nummis dicitur, vivente adhuc ipso Hadriano (V. Eckhel. Tom. cit. p. 354.). A Pagii tamen sententia recedit cum Norisio idem Eckhelius p. 341. Sed missa hac controversia, difficile nobis est asserere, hanc Orationem scriptam esse a Frontone, quum Marcus esset tantum Cæsar. Imperium quidem extra Urbem proconsulare gestum esse a Marco Cæsare, vivente adhuc Pio, constat ex Capitolino in *Marco* p. 35. D. Sed tamen in hac Oratione ita Fronto de Marco loquitur, ut hic plane videatur supremam Augusti potestatem tunc fuisse assecutus.

se suspicabitur? postulavit (1) ne patris tabulæ aperiantur. Idem filia postulabit, nepos, abnepos, frater, consobrinus, patruus, avunculus, amita, matertera, omnia necessitudinum nomina hoc privilegium invadent, ut tabulas aperiri vetent, ipsi possessione iure sanguinis fruantur. Causa denique Romam emissa, quid eveniet? Heredes scripti navigabunt, exheredati autem in possessione remanebunt, diem de die ducent dilationes petentes, fora variis excusationibus trahent. Hiemps (2) est, et crudum mare hibernum est, adesse non potuit. Ubi hiemps præterierit, vernæ tempestates incertæ et dubiæ moratæ sunt. Ver exactum est? Æstas est calida, et sol navigantes urit, et homo

(1) Ita Cod. *postulavit* pro *postulabit*, ut scribitur paulo post.

(2) Nota scripturam τοῦ *hiemps* hic et paulo post, qualis extat etiam apud Gruterum CXXXVI. in fragmento Kalendarii: quidquid contra Scaurus dicat in Putschio p. 2256.

nauseat, aut v-(ol)-nus sequitur: poma (1) culpabuntur, et languor excusabitur. Fingo hæc et comminiscor, quia in hac CAUSA nonne hoc ipsum evenit? Ubi est adversarius, qui iampridem ad agendam CAUSAM adesse debuerat? In itinere est. Quo tandem in itinere? Ex Asia (2) venit. Et est adhuc in Asia.

---

(1) Locus hic illustratur ex Digest. Lib. 2. Tit. 12. Leg. 1. ubi scribitur: „ Nequis messium vindemiarumque tempore adversarium cogat ad iudicium „ venire; Oratione Divi Marci exprimitur: quia „ occupati circa rem rusticam, in forum compellendi non sunt „.

(2) Hinc cognoscimus, Causam hanc fuisse Asianorum. Revera Fronto causas pro Asianis plures egit. Negotia Cilicum apud Antoninum Pium publice privatimque se defendisse testatur ipse Fronto in Epistula VIII. Libri ad Pium p. 17. Sed nostra hæc Causa acta est apud M. Aurelium ut diximus superius p. 275. in nota. Orationem suam Bithynam seu pro Bithynis commemorat Fronto in Epistula ad Velium Rufum p. 149. et ad Victorinum p. 293. Divinare tamen non possumus, utrum hoc fragmentum ex Bithyna nobis sit reliquum. Orationem denique Frontonis pro Ptolomæensibus (sive Ptolemæensibus) laudat Charisius in Putschio p. 111. v. 43. Sed enim ignoramus, utrum pro Asianis Ptolemæensibus, Pamphyliæ scilicet aut Palæstinæ, an pro Ptolemæensibus Afris Cyrenaicæ Fronto oraverit.

Magnum iter et festinatum. Navibus ne, an equis, (an) diplomatibus (1) facit hæc tam velocia statiba (2)? Cum interim cognitione proposita semel a te, Cæsar, petita dilatio et impetrata (3). Proposita cognitione rursum a te duum mensium petitur dilatio. Duo menses exacti sunt? Idibus proximis et dies medii isti aliquot. Venit tandem? Si nondum venit, saltem adpropinquat; si nondum adpropinquat, saltem profectus ex Asia

(1) *Diploma* vocabatur codicillus signo Principis aut Delegati notatus, quo scripto usus publici cursûs concedebatur. Sic Capitolinus narrat de Pertinace in eius vita p. 79. A. » Dein præfectus » cohortis in Syria profectus, T. Aurelio imperato- » re, quod sine diplomatibus cursum usurpaverat, » pedibus ab Antiochia ad legationem suam iter » facere coactus est ».

(2) Ita Cod. pro *stativa*.

(3) Adscribere heic iuvat quod ait Ulpianus Digest. Lib. 2. Tit. 12. Leg. 7. » Oratione quidem Divi » Marci, amplius quam semel (non) esse dandam » instrumentorum dilationem, expressum est; sed » utilitatis litigantium gratia, causa cognita, et » iterum dilatio tam ex eadem, quam ex alia pro- » vincia, secundum moderamen locorum impertiri » solet: et maxime si aliquid inopinatum emergat ».

est; si nondum profectus, at saltem cogitat. Quid ille cogitet aliud, quam bonis alienis incubare, fructus diripere, agros vastare, rem omnem dilapidare? Non ille ita stultus est, ut malit venire ad Cæsarem et vinci, quam remanere in Asia et possidere (1). Qui mos si fuerit inductus, ut defunctorum testamenta ex provinciis transmarinis Romam mittantur, indignius et acerbius testamentorum periculum erit, *quam* si corpora *huc advehantur* eorum *qui* trans maria testantur. Nam *his quidem* null*um* *fere gravius* periculum super*veniet*. *Sepultura* cadaveribus in ipsis iniuriis præsto

(1) Huc pertinet tum Edictum contra possessores fraudationis causa latitantes Digest. Lib. 42. Tit. 4. Leg. 7. Tum quod ibidem ff. 19. refertur his verbis: » Divus quoque Pius in persona eius, » qui hereditatem possidens copiam sui non faciebat, » rescripsit, in possessionem rerum hereditariarum adversarium inducendum: in quo rescripto » et fructum percipere iussit eum, qui per nimiam » contumaciam possessoris hereditatis, ut lucro » eius cedat, in possessionem inductus est rerum » hereditariarum ».

est. Sive maria naufragos devorent, sive flumina præcipites trahant, sive harenæ (1) obruant, sive feræ lacerent, sive volucres discerpant, corpus humanum satis sepelitur (2) ubicumque consumitur. At ubi testamentum naufragio submersum est, illa demum et res et domus et familia naufraga atque insepulta est. Olim testamenta ex Deorum munitissimis ædibus (3) proferebantur, aut tabulariis aut (lu)cis aut archiis aut opisthodomis (4). At iam testamenta pro(pe)

(1) Ita Cod. *harenæ* cum adspiratione. Et Fronto quidem heic utitur plurativo huius vocabuli numero. Qua de re præstat videre quid Fronto ipse disputet apud Gellium XIX. 8. quum C. Cæsar in libris *de Analogia* vocabulum *harena* numquam multitudinis numero usurpandum existimasset.

(2) Cod. *sepellitur*.

(3) Apud Vestales sæpe deponebant testamenta Romani. V. Svetonium in *Cæsare* 83. in *Octaviano* 101. Tacitum *Annalium* I. 8. Plutarchum in *Antonio* Edit. Londin. 1724. T. v. p. 124. At in Digestis Lib. 43. Tit. 5. Leg. 3. ff. 3. Ulpianus innuit et ædem sacram et tabularium: » Si custodiam tabularum » æditunus vel tabularius suscepit ».

(4) *Opisthodomus* fuit postica templi vel domûs pars. Et nota vocabulum latine usurpatum.

ru . . . . . navigarint inter onera mercium et sarcinas remigum. Id etiam superest, siquando iactu opus est, ut testamenta cum leguminibus iactentur. Quin eva . . . . . costituendum . . . . . pro testamentis exigatur. Antehac . . . . quæ . . . tenendum. Nam. . . . exe . . . cum . . . etiam . . . roge . . . doleas . . . item. . (1) . .

---

(1) Hæc Oratio DE TESTAMENTIS TRANSMARINIS nemini credo videbitur eadem esse ac Oratio quæ sequitur DE HEREDITATE MATIDIÆ, in qua pariter agitur de testamento: namque hæc Scripta inter se esse diversa satis consideranti apparet. Ut omnis tamen suspicio, siqua oboriri potest, dispellatur, moneo, me priorem in secundo Libro Epistularum ad Marcum, alteram in primo invenisse. Quæ res non unum, sed duo Scripta evidenter demonstrat.

EXTREMA PARS ORATIONIS

DE HEREDITATE MATIDIÆ

Editoris Monitum

Hanc Orationem, cuius extrema tantum pars deprehensa est, inscripsi, ut par erat, DE HEREDITATE MATIDIÆ. Duæ autem fuerunt Matidiæ, senior et iunior. Senior filia fuit Marcianæ Augustæ Traiani sororis. Hæc Matidia peperit Sabinam, quæ Hadriani fuit uxor, et Matidiam iuniorem. Porro hæc iunior dicitur Antonini Pii matertera in tribus inscriptionibus apud Gruterum p. CCLII. 9. 10. MLXXXV. 3. quarum postrema sic habet: MATIDIAE. AUG FIL. DIVAE. SABINAE. SORORI. IMP. ANTONINI. AUG. PII. P P. MATERTERAE. SINUESANI. Iure autem Matidia iunior dicitur Pii matertera. Nam Pius factus est filius Sabinæ cum est adoptatus. Quum autem Matidia iunior fuerit soror Sabinæ, sequitur ut matertera exstiterit Pii. Vide hæc omnia lucide explicata apud Eckhelium Doctr. num. vet. T. VI. p. 469-470.

Illud autem exploratum est, Matidiam iuniorem obiisse post excessum Pii, Marco iam Augusto, adeoque hanc Orationem scriptam esse ad ipsum Marcum, non ad Pium. Id patet 1.° Quia in Epistula V. Libri I. ad Marcum nominatur Matidia ut vivens; in Epistula autem sexta sequente, quam constat scriptam esse statim pæne post quintam, dicitur Marcus *Augustus*. Nec obstat, quod ibidem scribat Fronto Marco *parentibus optimis fruere*, quod quum de Annio Vero patre naturali dici non possit, qui, Marco adhuc puero, obiit (V. Capitol. in *Marco* p. 32. D.), de Pio patre adoptivo et Calvilla matre intelligendum videatur; nam *parentes* dicuntur etiam consanguinei et affines maiores aut æquales. Et quidem de ipso Marco Capitolinus in eius vita p. 35. B. ait. » Omnibus parentibus suis tantam reverentiam, » quantam privatus exhibuit «. 2.° Quia M. Aurelius in eadem Epistula V. dicit se legere furtim et raptim Ciceronis quamdam Orationem. Huic autem loco Epistulæ confestim respondit Fronto in Opere *de Bello Parthico* (non procul a fine), quod Opus sine dubio scriptum fuit, Pio iam mortuo, quandoquidem in eo sermo est de clade a

Parthis illata, quam constat post obitum Pii accidisse Romanis. 3.° Quia Matidia scripsit legatarias Filias eius, cui Fronto mittit hanc Orationem. Iamvero Pio Augusto una supererat Filia minor: nam maiorem proficiscens ad Asiæ proconsulatum olim amiserat, teste Capitolino in *Pio* p. 26. A.

Hoc autem Scriptum DE HEREDITATE MATIDIÆ sine dubio *Oratio* est. Id comprobant 1. stilus et elocutio et ipsa materia, quod dixi etiam de præcedente. 2. M. Aurelius in Epistula quæ in Codice ipso huic Scripto subnectitur, dicit Frontonem *patronum* suum, tum diserte appellat *Orationem* lucubrationem illam, qua causam eius et Faustinæ (nempe quod attinebat ad Hereditatem Matidiæ adeundam) Fronto defenderat. Quod si idem M. Aurelius loco nuper laudato, et Fronto ipse in Epistula ad Aufidium Victorinum mox addenda hanc Orationem *Epistulæ* quoque nomine vocitare videntur; hoc idcirco factum arbitror, quod ea ad Principem epistulari more missa a Frontone sit, non forensi strepitu declamata. Quin adeo reliqua fragmenta Orationum Frontonis inter eiusdem Epistulas reperisse me fateor. Nam folia, e quibus erui fragmentum quod inscripsi *de Testamentis transmarinis*, præferunt, ut iam monui, titulos *Epistul. ad M. Cæsarem Lib. II.* Item Oratio *pro Volumnio Sereno* occurrit mihi in Libro II. Epistularum ad Amicos: et tamen illud Scriptum appellatur a Frontone CAUSIDICATIO simul quædam et *Epistula*. Denique in Libro I. Epistularum ad Marcum deprehendi eas hiantes particulas, quas aliqua coniectura ductus pertinere putavi ad Orationem *pro Demonstrato*. Spero igitur neminem arbitraturum, lucubrationes has a me temere inscriptas esse ORATIONES. Plura siquidem epistulari forma elaboravit Fronto, quæ per se tamen a proposito et genere Epistulæ longe absunt: verbi gratia *Laudes Fumi et Pulveris* et Opusculum *de Bello Parthico*. Immo si materiam ipsam inspiciamus, Tractatus potius quam Epistulæ dicendæ sunt tertia *Alsiensis*, secunda *de Nepote Amisso*, prima et septima græca, et Libri *de Orationibus*.

EXTREMA PARS ORATIONIS

DE HEREDITATE MATIDIÆ.

... abripere te, præ ut dicitur immo, cellæ filios. Tantam de thensauris (1) Antonini pecuniam prodigei (2), quam nescio quæ ista altilis Alumna (3) accipiat, unde nihil Egatheus acceperit. Quanti vero rumores adversi, quantæ querimoniæ exorientur, bonis lege Falcidia distractis? Lineam istam famosam atque celebratam, ceteraque tantæ pecuniæ ornamenta quis emet (4)? Tua uxor si emerit, prædam

---

(1) Ita Cod. *thensauris*, quam huius vocis scripturam in aliis etiam Ambrosianis codd. memini me notare. Vix autem probo Forcellini iudicium, qui putat hoc imperitiorum amanuensium mendum, licet in optimis mss. ita legi fateatur.

(2) Ita Cod. prima manu *prodigei* vetere orthographia. Sed recentior manus delevit *e*, male sublato antiquitatis vestigio.

(3) V. inferius subiectam Epistulam ad Aufidium Victorinum.

(4) Convenit huic loco Lex 26. Libri 35. Digestorum Tit. 2. *ad Legem Falcidiam.* » Lineam » margaritarum trigintaquinque legavit, quæ linea » apud legatarium fuerat mortis tempore. Quæro » an ea linea heredi restitui deberet propter legem

invasisse, et minimo ære eripuisse dicetur, eoque minus ad eos quibus legatum erat pervenisse. An non emet ista ornamenta Faustina? Quis igitur emet margarita *, quæ Filiabus tuis (1) legata

* *In margine*: Hoc margaritum et hæc margarita genere neutro, et genere feminino hæc margarita et hæ margaritæ, ut Cicero de Signis (2) NULLAM GEMMAM AUT MARGARITAM.

„ Falcidiam? Respondit (Scævola), posse here-
„ dem consequi, ut ei restituatur; ac, si malit,
„ posse vindicare partem in ea linea, quæ pro-
„ pter legis Falcidiæ rationem deberet remanere „.
Ex quo responso duo ibidem in notis eruuntur, nempe et Falcidiam ex quibuscumque rebus detrahi posse, et Falcidia lege non tantum quartæ retentionem dari, sed etiam vindicationem. Cuiacius tamen Observ. Lib. VIII. Cap. 2. negat dari vindicationem. Locus Frontonis videtur in hac ipsa quæstione versari. Quin ego suspicor, Marcum Imp. ob hanc ipsam Matidiæ lineam filiabus suis legatam quæsivisse a Scævola quid de ea re esset in Iure. Et Marcum quidem usum esse Scævola præcipue iuris perito testis est Capitolinus in illius vita p. 39. D.

(1) Filias Marci vidimus in Epist V. Lib. I. ad Marcum hospitantes apud Matidiam. Easdem moriens Matidia in partem hereditatis vocavit.

(2) Nempe in Libro IV. adversus Verrem Cap. I.

sunt? Iis margaritis collos (1) Filiarum tuarum despoliabis, ut cuius tandem ingluvies turgida ornetur? An HEREDITAS MATIDIÆ a vobis non adibitur? Summo genere, summis opibus nobilissima Femina de vobis optime merita intestata obierit? Ita prorsus eveniet, ut cui funus publicum decreveris (2), ei ademeris testamentum. Adhuc usque in omnibus causis iustum te et gravem et sanctum iudicem exhibuisti. Ab Uxoris ne tuæ CAUSA prave iudicare inchoabis? Tum tu quidem ignem imitaberis, si proximos ambures, longinquis lucebis (3).

Explicit Oratio.

---

(1) *Collos* notatur etiam in margine Codicis, ob genus masculinum rarius usurpatum. Sane Quintilianus I. 6. ait: » Nec *collos* mihi Calvus persuaserit«. Exstant tamen plura Veterum exempla, quæ sequi Frontoni placuit.

(2) Funus publicum decernebant Imperatores hominibus illustribus, aut bene de se meritis. Ducebatur a senatu, et exequiis aderat universus populus.

(3) Sicui forte hæc ignis similitudo, qua Fronto Orationem concludit, humilior videtur, is conferat, oro, similitudinem ægroti nihilo nobiliorem, qua tamen utitur ipse Cicero in primæ Catilinariæ peroratione.

R (1)

MAGISTRO MEO (2)

ERGO Magister meus iam nobis et patronus erit? Equidem possum securus esse, cum duas res animo meo carissumas secutus sim, rationem veram et sententiam tuam. Di velint, ut semper quod agam, secundo iudicio tuo, mi Magister, agam! Vides quid horæ tibi rescribam. Nam post consultationem amicorum (3) in hoc tempus collegi sedulo ea quæ nos moverant, ut Domino meo (4) perscriberem, faceremque eum nobis in isto quoque negotio præsentem.

---

(1) Nempe RESCRIPTUM. Ceterum singularia littera R nullis hîc punctis clauditur, quod semel in Livianis schedis Iuvenatius etiam notavit Edit. Neap. anni 1773. p. 48-49.

(2) Marci est hæc Epistula, ut patet inferius.

(3) Civilia negotia semper cum optimatibus amicis contulisse M. Aurelium testis est Capitolinus in eius vita p. 46. B.

(4) Nempe *L. Vero* quem in imperio socium Marcus habebat, adeoque ab utroque Divo Fratre ferenda erat sententia de Hereditate Matidiæ.

Tum (1) demum θαρσήσω τοῖς βεβουλευμένοις, cum fuerint ab illo comprobata. ORATIONEM, qua causam nostram defendisti, Faustinæ confestim ostendam, et agam gratias ei, quod mihi talis Epistula (2) tua legenda ex isto negotio nata est. Bone et optime Magister vale (3).

---

(1) Cod. *tuum* pro *tum* etiam superius in Epistula III Alsiensi p. 187.

(2) Videtur Marcus appellare *Epistulam* eamdem quam paulo ante dixit ORATIONEM. Qua de re recole dicta in Monito.

(3) Calci huius Epistulæ subiicitur in Codice hæc clausula :

Recognovi.

EPISTULAR·

·M· FRONTONIS

EPISTULAR·

LIB. II.

Nimirum hæc clausula indicat desinere Librum primum et incipere librum secundum Epistularum Frontonis ad Marcum. Primo autem Libro Epistularum non apponitur numeralis nota sive in frontibus paginarum sive in calce ipsius Libri: at

Fronto Aufidio Victorino salutem (1)

Ad (maius) tempus . . . . et Varianis Alumnis (2) masculis feminisque

secundo tum constanter in omni pagina, tum diserte etiam in calce adscribitur nota Lib. II. Recole etiam quæ observavi ad calcem Libri I. Epistularum ad Verum p. 104.

(1) Ex libro I. Epistularum ad Amicos huc translata est hæc Epistula, ut superiori Orationis Fragmento de proximo loco lucem aspergeret.

(2) Quinam sunt Variani Alumni? Exstat in Digestis Lib. 40. Tit. 12. Leg. 27. rescriptum Divorum Fratrum de statu Romuli pupilli, qui filius erat *Variæ* Hedonis, et tutore utebatur *Vario* Hermete. Item in fastis consularibus occurrit T. Cl. Vibius *Varus* consul cum Bradua anno post Ch. N. 160. Pii imperantis ultimo. Et quidem T. Cl. Vibii *Vari* consulis cum Bradua cognomen seu agnomen *Varus* iam certum est post Inscriptionem editam a Muratorio (in Thesaur. nov. Inscript. p. CCCXXXIII.). Huius fortasse *Vari* filii aut nepotes, certe alumni, in testamento Matidiæ legata sortiti sunt. Quod si in Codice non *Varianis* sed *Verianis* legissem, alumnos putassem C. Valerii *Veriani* Homuli, qui fuit Pio familiaris, et M. Aurelii parum studiosus, ut constat ex Capitolino in *Pio* p. 31. A. et in *Marco* p. 36. A. Dubitabam etiam num legendum esset *Vananis* pro *Varianis*. Nam scriptura est aliquantum ambigua. Sed tamen τὸ *Varianis* prævalet.

sestertium deciens (1) singulis reliquit, usurarium proprius (2) quam propri(um), nam quinquagena annua (3) ab Augusta (4) singulis dari iussit. Plerique omnes, qui eam curaverant, frustra (5) fuerunt. Ne libræ (6) quidem singulis ponderatæ sunt.

---

(1) Nempe libras argenteas gallicas 200,000. V. Romé de l'Isle, *Métrologie* p. 146.

(2) Ita Cod. evidenter *proprius*. Et in quo quidem differant inter se *proprius* et *propius* vide apud Servium ad Æneid VIII. 78.

(3) Nempe *quinquagena millia sestertiûm annua*, quæ est usura quincunx sortis prædictæ. Nam quinquagena millia sestertiûm valent libras argenteas gallicas 10,000. V. Romé de l' Isle loco nuper laudato. Iamvero 10,000 est ad 200,000; ut 5. ad 100. Usuræ quincuncis meminere Persius Satyr. v. 149. Scævola in Digestis Lib. 46. Tit. 3. Leg. 102. ff. 3.

(4) A Faustina Marci.

(5) Ita perspicue Codex *frustra*, valet autem *frustrati fuerunt*.

(6) Locus in Codice sic habet: *ne libris quidem singulis ponderati sunt. Aut si tamen ponderati sunt nonnulli* etc. quæ, nisi fallor, est lectio mendosa. Puto autem Frontonem loqui de libra aurea romana, quæ quidem ætate octava a Nerone ad Caracallam valuit libras argenteas gallicas, 787. 10. V. Romé de l' Isle, Métrologie p. 143.

Ausi tamen sunt nonnulli navi scilicet et strenui viri codicillos, quos iampridem Matidia inciderat, obsignare (1), cum illa sine sensu ullo iaceret: ausi (2) etiam sunt, codicillos istos apud Dominum ·N· (3) ut probe ac recte factos tueri ac defendere (4). Nec sine metu fui, nequid philosophia perversi suaderet (5). Quid ad eum de re

(1) Nempe ficto testimonio ausi sunt annulis suis signare codicillos, quos Matidia, mutatâ voluntate, iampridem aboleverat. Ita fere Tullius Lib. I. *in Verrem* Cap. LII. *Alii nummos numerabant, alii tabulas obsignabant.*

(2) Cod. *autsi*, sed deleta deinceps *t*.

(3) Nempe *nostrum*.

(4) Certe Pius legem tulerat in eos qui apud iudices instrumenta protulissent quæ probari non possent. » Sed Marcus cum Fratre suo pro sua » humanitate hanc rem temperavit: *ut si per erro- » rem huiusmodi instrumenta proferantur; ignoscatur » eis qui tale quicquam protulerint* ». Digest. Lib. 48. Tit. 10. Leg. 31.

(5) Timuit Fronto, ne Marcus philosophico divitiarum contemptu Matidiæ facultates Faustinæ uxori filiabusque legatas in alios facile pateretur distrahi. Meminerat, puto, Fronto, Marcum adhuc adolescentem, ut narrat Capitolinus in eius vita p. 34. B. patrimonium paternum sorori totum

scripserim, ut scires, exemplum litterarum (1) misi tibi.

In Oratione Bithyna (2), cuius partem legisse te scribis, multa sunt nova addita, ut arbitror, non ut inornate (3): locus in primis de acta vita, quem tibi

concessisse: quumque eum ad divisionem mater vocaret, respondisse, avi bonis se esse contentum: immo et matri permisisse ut, si vellet, in sororem patrimonium suum conferret. In causa autem hereditatis ab uxore sua filiabusque adeunda, credibile est timuisse Marcum, ne in avaritiæ suspicionem incurreret, si pro suis sententiam tulisset. Docet autem nos Capitolinus in *Marco* p. 50. C. nihil hunc magis timuisse et deprecatum esse, quam avaritiæ famam: deque ea se multis etiam Epistulis purgavisse. Vestis immo uxoriæ et ornamentorum imperialium auctionem fecit Marcus, ne provincias extraordinariis impensis Marcomannici belli causa oneraret. V. rursus Capitol. p. 43. A.

(1) Nempe exemplum ipsum, ut videtur, Orationis *de Hereditate Matidiæ*, quæ cur a Frontone appelletur fortasse etiam *Epistula* seu *Litteræ*, dixi superius in Monito.

(2) De Oratione Frontonis *Bithyna* recole quæ disseruimus ad Epistulam XII. Libri I. ad Amicos p. 149 - 151.

(3) Ita Cod. *non ut inornate*. Est autem *ut* vel pleonasmus vel mendum. Fortasse scribendum est *non ita inornate*.

placiturum puto, si legeris quid in simili re ·M· Tullius pro ·L· Sylla (1) egregie scribtum reliquit: non ut par pari compares, sed ut æstimes, nostrum mediocre ingenium quantum ab illo eximiæ eloquentiæ viro abludat (2).

---

(1) In Codice scriptum est perspicue *pro ·L· Sylla*, quum tamen in Editionibus Ciceronis legatur *pro P. Sylla*. Lectionem porro Editionum confirmat etiam Interpres antiquissimus eius Orationis, quem ego ipse nuper luce donavi. Mendum igitur Codicis Frontoniani potius dicam, quam duas Orationes Tullii fingam. In Oratione autem edita pro P. Sylla Cicero suam ipsius vitam diligentissime purgavit, et adversariorum calumnias, quod crudelis in consulatu fuisset, quod subdolus, quod iniustus; quod deinde inconstans, et eiusmodi alias criminationes retudit. Hac fere ratione Fronto videtur in Oratione *Bithyna* innocentiam suam aut alius cuiusvis commendavisse.

(2) Cod. *abluat*. Est autem conferenda hæc laus eximia, quam Fronto Tullio oratori tribuit, cum ea obliqua vituperatione, qua idem Fronto Tullium *ἐπιστολογράφον* carpere videtur in Epist. I. Lib. I. ad Marcum p. 37.

PARS ORATIONIS

PRO VOLUMNIO SERENO

Editoris Monitum

Volumnium commendatum Arrio Antonino a Frontone vide sis in Epistula v. Libri II. ad Amicos. Pro eodem viro scriptam hanc Orationem mihi credere pronum est. Illud merito quærendum, quis nempe fuerit Arrius Antoninus apud quem Volumnius a Frontone per scriptum defensus est.

Nihil dico de Arrio Antonino Pii avo materno, ad quem a Frontone scriptas litteras aut orationes incredibile est.

Pius quoque Augustus dictus est ante imperium *Arrius Antoninus*, ut ait Spartianus in *Hadriano* p. 17. A. Hunc narrat Capitolinus in eius vita p. 25. C. electum ab Hadriano ad eam partem Italiæ regendam, in qua plurimum possidebat. Ad quem Capitolini locum Salmasius recte putat datam Antonino Campaniam administrandam, in qua provincia plurimum eum possedisse innuere videtur idem Capitolinus p. 28. C. his verbis: » Nec ullas » expeditiones obiit (Pius), nisi quod ad agros suos profectus » est ad Campaniam ». Verum Arrius Antoninus, ad quem scribitur hæc Oratio, in decima Italiæ regione Venetiam rexit in qua urbs Concordia est. Præterea vix mihi persuaserim, Antoninum Pium, qui obiit anno ætatis septuagesimo, adeoque non fuit certe Frontone iunior, appellatum esse ab hoc *Filium carissimum*.

Ad alium igitur scribit Fronto paulo iuniorem Arrium Antoninum, qui mihi idem facile videtur, atque is, quem Pertinax dictus est insimulasse affectati imperii apud Commodum (V. Capitolinum in *Pertinace* p. 80. A.). Eumdem hunc Arrium Antoninum occisum sub Commodo narrat Lampridius in *Commodo* p. 70. D. Immo ex Lampridii loco citato (cui addas et Tertullianum *ad Scapulam*

Cap. IV.) constat hunc Asiæ præfuisse proconsulem. Nunc si recta coniectura nos utimur, iam patet eumdem hunc Arrium Antoninum Venetis etiam præfuisse in Italia.

Defendit autem Fronto in hac CAUSIDICATIONE Volumnium Serenum Concordiensem, quem Arrius Antoninus aliqua probrosa sententia perculerat grandævum iam et liberis ac nepotibus multis stipatum. Causa damnationis fuisse videtur, quod Volumnius delatus esset, quasi in curiam, licet non decurio, inrupisset, et pecuniam pro decurionatu solvere neglexisset. Contendit igitur Fronto et Decurionem esse Volumnium, et pensiones intulisse, et ab inflicta pœna pluribus de causis liberandum.

PARS ORATIONIS

PRO VOLUMNIO SERENO

ARRIO ANTONINO

HAVE mi Domine Fili carissime. Sicut eos, qui dicta factaque tua *in* administranda provincia maximis laudibus ferunt, lætus ac libens audio, ita siquis quid remurmurat aut deprecatur (1), multo scrupulosius autsculto (2), et quo quicque modo gesseris aut iudicaveris requiro: ut qui existimationi tuæ famæque iuxta quam meæ consultum cupiam.

Volumnius Serenus Concordiensis (3), si nihil in iis, quæ apud me commemoravit (4),

(1) Cod. *depræcatur* et inferius *præcatore*. Sæpissime id vidi in antiquis codicibus, eiusque exstant exempla etiam apud Gruterum XVII. 7. et XXXIX. 5.

(2) Ita Cod. *autsculto*.

(3) Puto intelligendam *Concordiam* urbem Venetiæ in Italia. Neque enim lubet cogitare *Concordias* Bæticæ aut Lusitaniæ aut Nemetum.

(4) Cod *commemorarunt*, sed corrigitur a verbo *exposuit* non procul sequente.

veræ rei * aut desit aut addidit, iure meritoque utetur me apud te vel patrono vel precatore. Quod si ultra Epistulæ modum videbor progressus, eo eveniet, quod ea res postulat, ut cum Epistula coniuncta sit quædam CAUSIDICATIO (1). Rem omnem, ita ut mihi Volumnius exposuit, proponam: simul et unumquidque verum ne sit rogabo (2).

Est ne lege Concordiensium cautum, nequis scribam faxit, nisi eum quem decurionem quoque recte facere possit?

Fuerunt ne omnes et sunt ad hoc locorum (3), quibus unquam scriptus publicus (4) Concordiæ latus est, decuriones?

* *In margine*: Veritati, veræ rei.

(1) Observa vocabulum *Causidicatio*, quod repetitur etiam in margine ut notabile.

(2) Proponit Fronto argumenta seu præiudicia, ob quæ Volumnius Serenus habendus est Decurio: quæ conferre non inutile erit cum iis plurimis statutis quæ exstant in Iure *de Decurionibus*.

(3) Cod videtur habere *locarum*.

(4) Nempe *publici scribatús officium*. Porro notandum nomen substantivum *scriptus*, *ús*. Id enim huc

Factus ne est Volumnius decreto ordinis scriba et decurio? Pensiones plurimas ad quartam usque ob decurionatum dependit (1)?

Usus ne est per quinque et quadraginta annos omnibus decurionum præmis commodisque, cenis publicis? In curia in spectaculis cenavit ne? sedit ne? Ut decurio censuit ne (2)?

Siquo usus fuit publice legando, legatus ne est Volumnius sæpenumero (3)?

---

usque unico (quod sciam) exemplo Pisonis apud Gellium VI. 9. nitebatur: quem etiam locum nonnulli corrumpere conati sunt legentes *scripto*. Sed frustra: nam et Gellii codices duo Ambrosiani, et nunc Frontonis auctoritas hoc vocabulum latino sermoni adserunt.

(1) Multa fuerunt onera et expensæ decurionatûs, ita ut plerique id munus fugitarent. Quod satis constat ex legibus Principum in Iure descriptis, quibus ii qui ampliore censu erant præditi, ad decurionatum obeundum cogebantur. Annonas etiam exigebant decuriones, et publicam civitatis pecuniam administrabant.

(2) Nempe *decreta edidit*. Decurionum decreta sæpissime laudantur in antiquis scriptis et monumentis.

(3) Inter munia Decurionum fuisse legationes exploratum est. Vide Digest. Lib. 50. Tit. 7. Leg. 4. ff. 5.

Est ne Volumnio legato perviaticum (1) publice decretum?

Item legationis de re frumentaria gratis (2) a Volumnio susceptæ est ne in commentariis publicis scripta commemoratio?

Si omnia ista, quæ supra dixi, ita decreta ita depensa ita gesta sunt; quid (3) est cur dubites, post quinque et quadraginta annos sit ne decurio qui scriba fuerit, pecuniam ob decurionatum intulerit, commoda decurionatus usurpaverit, munia functus *sit*? Et quid est, mi Fili, quid est quod ista probari tibi plenius velis?

Quoniam quæ. . . . sed pro. . . . istum . . . . num. . . . debet. . . . defenderit. . . . pro honore ratis non video qui possit

(1) Ita Cod. perspicue *perviaticum*. Et nota vocabulum. Nisi quis malit improbabiliter legere divise *per viaticum*. De legatione cum viatico publico vide Digest. Lib. 50. Tit. 7. Leg. 10.

(2) De legatione gratis suscepta vide Digest. Lib. 50. Tit. 7 Leg. 11.

(3) Cod. *id est*.

asse(qui) non insitus. Quid quod Imperatores nostri (1) in Isidori Lysiæ causa ita constituerunt? . . . . aut . . . . . an legatio . . . . (vi)deres. . . . . dis. . . . . pecuniam intulerit, munia fecerit. Post ista ultro citroque a me rogata atque responsa, nonne etiam præiudicium . . . Delatus est Volumnius quasi in curiam inrumperet, cum eius introeundæ curiæ non esset, ut relegato (2): quod neque ante exilium pro decurionatu omnem pecuniam, neque ullam posterius intulisset. Quæ cum longissimis temporibus forent perorata, Lollius Urbicus (3) causa

---

(1) Nempe Divi Fratres Marcus et Lucius, qui primi coniunctim imperaverunt. Et hinc etiam apparet, hanc Orationem scriptam esse post obitum Pii, nedum ante eius imperium. Porro Divi Fratres multa de Decurionibus rescripserunt. Vide v. gr. Digest. Lib. 50. Tit. 2. Leg. 13.

(2) Nempe, *cum curiæ introeundæ non esset ei facultas, ut relegato.* Nota est vis τοῦ *est* pro *licet* seu *facultas est.* Iamvero de Decurionibus relegatis et restitutis vide, si placet, Digest. Lib 50. Tit. 2. Leg. 2.

(3) Lollius Urbicus legati munere fungens Britannos vicit, Pio imperante. V. Capitolinum in

inspecta simul adversus Volumnium statuit. Sed loco... simul per... ignominia ..inuritur sempiterna. Non idem dedecus est homini solitario ignominia feriri, quantum dedecus est plena liberis ac nepotibus domo infamia notari: cuius infamiæ aspergo * inquinat simul multos et dedecorat. Sicut non eadem clades est in prœlio unum equitem obtruncari, et triremem frangi ..... armato ..... remis vero .... perierit..... Leges pleræque pœna sanciunt, nequis felicem arborem succidat (1). Quænam est

* *In margine*: Hæc aspergo numero singulari.

Pio p. 27. A. Britannici tamen belli confecti laudem Antonino Pio Fronto dedit, ut ait Eumenius in Panegyrico Constantii: quem locum nos retulimus inter testimonia Veterum de Frontone. De Oratione autem, qua Pium Fronto celebraverat, recole dicta in nota ad Epistulam I. Libri I. ad Pium.

(1) Felices arbores aliquot enumerat ex Veranio Macrobius Saturn. II. 16. De infelicibus vide ibidem Macrobium et Plinium Histor. Lib. XVI. Sect. XLV. et Lib. XXIV. Sect. XLI. De puniendis autem iis qui succidunt arbores frugiferas vide Digest.

arboris felicitas? rami fecundi et frugiferi, bacis (1) et pomis onusti. Nemo cannam et harundinem, quamvis proceram, felicem dixerit. Æquius ne est arboribus honori adque tutelæ poma et bacas esse, quam hominibus liberos nepotesque (2)? .... Globus equitum romanorum, pars curiæ in uno homine dehonestatur. Raro umquam tot simul capita de cælo tacta sunt, quot tu condemnasti .... Ille qui esse, quam videri bonus maluit, fortunis

---

Lib. 47. Tit. 7. Leg. 2. nec non locos ibidem laudatos in notis. Sane Paulus Lib. v. Sent. 20. ait: » Qui noctu fructiferas arbores, manu facta, cæ- » ciderint, ad tempus plerunque in opus publicum » damnantur, aut honestiores damnum sarcire co- » gentur, vel curia submoventur, vel relegantur ».

(1) Nota rectam scripturam vocabuli *baca* cum una littera *c* hic et inferius, et confer Cellar. Orthograph. p. 70.

(2) Hinc ea privilegia et multimodæ utilitates, quæ romanis civibus obveniebant iure liberorum. Decurio ex gr. qui plures liberos habebat, in suo collegio primus sententiam rogabatur, ceterosque honoris ordine præcellebat. Vide Digest. Lib. 50. Tit. 2. Leg. 6. ff. 5. Vide et Tit. 6. Leg. 5. ff. 2.

parum prosperis usus est. Verius immo est, illum qui opinionem virtutis neglegat, ipsam quoque neglegere virtutem. Neque quisquam bonas artes magno opere studet adipisci, quas adeptus necne sit, non studet scire ..... de sententia .... cumulare.... verbum quod in sententia.... curia .... qur miro(r) ..... principio ...... Sin repudium dare et Cneus orbari possit, id dubito. Nam id quod longum sit, posse interdum fieri longius, altum altius, numerosum numerosius. Hæc et eiusmodi verba video admittere aliquod augendi laxamentum*: pleno autem plenius nihil fieri posse. Nam et poculum profecto si plenum sit, magis conpleri frustra postules, nisi effuderis .... potius .... post .... tam

---

* *In margine*: Sunt verva (1) pleraque quæ admittunt aliquod augendi laxamentum *etc. ut in textu.*

---

(1) Nota *verva* pro *verba*.

voluit existimari. Cupio item . . . .*. . . . magis. . . . Enimvero quam omnibus negotiis (a)rtata sint tempora . . . tempus . . . alterum. . . . reputes. . . . cum animo tuo an in ista causa tempus argumenti probandi careat (1). Antequam decurio . . . . per . . . . creari debuit. . . . . creatus est. Ubi creatus est, usurpare honorem debuit; multifariam usurpavit. Postquam usurpavit, pensionibus inferre pecuniam debuit; quater intulit (2). Munia decurionatus . . . . et . . . . esset . . . . . quidem . . . . labrum . . . sum . . . et tanta re . . . dentas parum valent, quidquid huc additum fuerit, frustra abundavit (3). Nam ubi

* *In margine*: Donicum pro donec (4).

(1) *Carere* construitur interdum cum accusativo.
(2) Confer superius p. 299 v. 3.
(3) Ita Codex, sed fortasse pro *abundabit*.
(4) Hoc indicat, adverbium *donicum* usurpatum fuisse a Frontone pro *donec*. Sed locus obliteratus est.

quæ ad fidem sat esse oportet, satis iudici non sunt, nullus finis ambiguitatis. Ut rectam ingressis viam, certus itineris est finis ac modus; errantibus autem peragrare facilius est, quam pervenire .... Nunc ..... alter tentent..... quantum est, nisi quod ..... sunt. Lenissimum, mansuetissimum, doctissimum, piissimum, in causa non dicam bona, finge enim ambigua, tanto natu senem prohibuisse curia interim. Cui ætati omnium vacatio munerum data est (1) *....... ætatem. Nulla lex, si sacramento adiguntur ...... Seni septuaginta annos

* *In margine*: Laus senectutis (2).

(1) Digest. Lib. 50. Tit. 2. Leg. 2. ff. 8. legitur: » Maiores annis quinquaginta quinque ad Decu- » rionatus honorem inviti vocari Constitutionibus » prohibentur: sed si ei rei consenserint, etsi ma- » iores annis septuaginta sint, munera quidem ci- » vilia obire non coguntur, honores autem gerere » debent ».

(2) Periit *laus Senectutis*, nam tota pæne pagina obliterata est.

egresso insignem maculam infligis, quando, oro te, abolendam? Quantulum enim vitæ reliqum (1) est ad exuendam infamiam, et pristinam dignitatem recuperandam?... Quod vocas, interim, quanti sperabit? Si tantisper (dedisset) paulisper sperabit. Quis segeti torridæ messem procrastinat? Quis vindemiam maturam ac distillantem differt? Quis tempus prorogat pomis mitibus, aut floribus marcentibus, aut facibus ardentibus? Etiam soli ...... verbum .... est interim occi... confestim. Vellem sicut tu senem differs, ita ætas quoque differret..... Adulescentiæ et iuventuti prolixa vitæ curricula data sunt, sicut diebus et noctibus interdum licet esse longis. Senectus crepusculum est, quod longum esse non potest..... Homini seni quidquid interim fit iuxta interim fit (2) ...... sunt.

(1) Ita Cod. *reliqum.*
(2) Ita perspicue Codex.

Proculus (1)... biennium illud... est... inrogatam...... prævertit, et quinquennium in triennium artavit. Namque meum..... lata tum...... clementer Proculus homo ingenio ad cetera remisso et delicato, sed in sententiis dicundis (paulo durior) et infestior.... Plerique ad cetera (minime) serii, in iudicando tamen asperi fuere: ut pro severitate, qua carebant, obtentui sævitiam subornarent. Biennium tunc de..... dem Volumnio pro.... nunc.... biennium vita.... agi a te.... clementia tua res..... detrahi ignominiam *iuss*eris nepotibus genere adfinibus, quibus.... domi patrem fratre*sque* reliqueris. Subleva misericordia ætatem familiarem tibi et patritam.... et rescindas..... interim..... vel tutus..... eum si vita.....

---

(1) Intellige vel Proculum Siccensem, quo Grammaticæ latinæ magistro usus est M. Aurelius (Capitol. in *Marco* p. 33. A.); vel Proculos (sub divis item Fratribus et Pio) de quibus in Digest. Lib. 26. Tit. 5. Leg. 24. Lib. 37. Tit. 14. Leg. 17. Lib. 50. Tit. 6. Leg. 5.

vel dolor . . . . decurio . . . . te . . . . meum . . . . . in te. . . . . neret qui omnem pro decurionatu pecuniam dependisset. Sibi . . . . num, Fili, quæ . . . . quidem . . . . . interdum facias . . . . .

Explicit Oratio (1).

SUPPLEMENTUM

Epistulæ IV. Libri II. ad Verum (2)

. . . . inlatæ autem. . . . . quo scribsisti tu. Extant Catuli litteræ, quibus . . . . a

(1) Explicit revera Oratio, nam sequitur in eadem pagina Epistula quæ incipit *Gratulor* a nobis inferius exhibenda. Maximam autem huius Orationis partem certo amisimus. Nam præterquamquod plura folia fortasse absunt a Codice, ipsæ paginæ tredecim, quæ supersunt, adeo pleræque obliteratæ sunt, ut nonnisi exigua quædam inde educi potuerint.

(2) Serius mihi contigit ut in obliterata et lacera quadam Codicis pagina aliquid legerem, quod ad quartam Epistulam Libri alterius ad Verum omnino pertinet. Est autem hoc Supplementum plane nobile tum propter laudem quam Fronto tribuit

se ma.... dico.... historia tamen.... scribenda, si ad senatum scriberetur.... sensi horum suorum si in turmam epistulæ contulisset necessario .... expeditius et de .... quod Pater(culus) res .... inornatius scribsisse. Tuæ litteræ et eloquentes sunt ut oratoris, strenuæ ut ducis, graves ut ad senatum, ut de re militari non redundantes. Nam neque... eius .... de .... brevitatis ..... coartatis.... fuit. Quis imperator *ali*quid ad senatum (quom) debet loqui epistulam scriberet? Eaque tibi..... cultas..... de quibus scribendum erat, cum ..... dum ..... Se denique cum...... sicui priusquam *ali*quam prov(inciam)...... ad populum *di*cere, et crim..... quod ...... vos ..... exercitus insup*er* aut .... meo ... non ipse ... vel quod ... nos(tros) .... Vel quod Sohæmo potius quam Vologæso regnum Armeniæ

Litteris L. Veri ad Senatum, tum propter locum de Sohæmo et Pacoro regibus.

dedisset (1); aut quod Pacorum regno privasset (2); nonne oratione *hui*usmodi explicarent? Et dedere num ... minore... bello in .... de re .... operam gestantes.... scribtæ.... Summum eloquentiæ genus est de sublimibus magnifice, de tenuioribus frugaliter dicere.

---

(1) De Sohæmo, quem in avitum Armeniæ regnum L. Verus adversus Parthos re bene gesta restituit, vide dicta copiose a nobis in Commentario prævio Part. II. Cap. VI. p. 87 - 90.

(2) Quisnam fuerit hic Pacorus, quem Fronto spoliatum regno ait, id sane nobis nonnisi coniecturis indagari posse videtur. Plures Pacori reges in historiis occurrunt: sed ut antiquiores omittamus, Capitolinus quidem (in *Marco* p. 29. C.) Pacorum dicit a Pio regem datum Ladis. Fuerunt autem Ladi (seu Lazi) Colchidos incolæ, quæ regio finitima Armeniæ est. Iamvero bello Armeniaco et Parthico conflato, Pacorus Ladorum rex hostium partes fortasse secutus, merito a L. Vero spoliatus regno fuisse videtur. Sed enim et Pacorum Vologæsi tertii contra quem L. Verus bellavit, forsitan filium videsis inter incertos Arsaces apud Eckhelium Doctr. num. vet. Tom. 3. p. 539-540.

ARRIO ANTONINO (1)

GRATULOR mihi, plerosque .... *in hac opinione* esse, me a te non secus quam parentem observari. Eo fit ut ad me decurrant plurimi, qui tuam gratiam cupiunt. Quos ego non temere, nec sine dilectu audio; sed probe petentibus suffragium meum impertio. Iis vero qui (ut)-rum probe quid a te impetratum velint ... nego ut a me potius ... nec ulla me potius ... Baburiana (2) ... caros

(1) Huius Epistulæ inscriptionem et initium videram in Indice Epistularum Libri II. ad Amicos nono loco. Sed ipsa Epistula nusquam mihi occurrerat: quare et ibi eam notavi asterisco tamquam deperditam. Eâ Libri parte iam impressâ, vidi denique in duabus paginis fœdum in modum deletis vestigia aliquot huius nonæ Epistulæ Libri II. ad Amicos. Patet autem, Frontonem commendare Arrio Antonino desiderium cuiusdam Baburianæ seu Babureanæ, nam utroque modo scribitur hoc nomen.

(2) Quænam fuerit hæc Baburiana, ignoro. Sed quoniam Arrius Antoninus præfecturam gessit in regione decima Italiæ (V. superius p. 295.) hoc obiter monebo, exstare Tergeste apud Puteum Maris inscriptionem BABURIÆ PLOTIÆ. Vide nov.

mihi viros, et magno opere iis obsequi cupiam. Ita tamen in illa.... potissima ut iustitiæ tuæ ratio ..... tuæ humanitati ......congruens videbatur. Desiderium Babureanæ commendandum (tibi) recepi, et quam possum studiosissime commendo .... ego per ... de opere ... exstruenda ... exstructum videbatur ... dependi pronuntiasti .... Quid ad .... quo .... vot(um) ..... agas quod (fuit) tradendum superest quod ..... a te ..... in pauca conferam, sententiæ tuæ Baburiana non æquo animo sed prompto etiam et pæne ... Id igitur postulat quod tibi non ambiti(osum) concessu, Baburianæ vero iucundum impetratu fuerit ... sententia tua usurarum penditur ..... extruendo adiungatur..... quondam .... petita. Contulisse ..... infamia multata videtur. Id (populo) quoque .....

Thes. Inscript. Murator. p. MCCCXII. 10. Fuit autem colonia Tergeste in regione decima Italiæ. V. Plinium Lib. III. Sect. XXII.

·M· Aurelii et Frontonis
EPISTULÆ MUTUÆ

Magistro meo (1)

Orationes desiderat sibi Dominus meus Frater vel a me vel a te quam primum mitti. Sed ego (malo) mi Magister, tu mittas: easque ut in promptu haberes, exemplaria, quæ apud nos erant, misi tibi. Ego mox alia conficiam . . . . quæ. . . . sine . . . . in. . . . mora intercedenda alia mihi scripsit (2).

(1) Ex Epistula IV. Libri I. ad Marcum et VII. Libri I. ad Verum constat M. Aurelium monuisse Frontonem, ut ad Fratrem Augustum Verum Orationes quasdam mitteret, quas idem desiderabat. Sero denique mihi occurrit in folio pessime utrimque habito ipsa Epistula qua Marcus Frontonem de eo Veri desiderio admonuit, et aliqua disiecta fragmenta, quæ primo quidem putavi pertinere ad Orationem Frontonis *pro Demonstrato* (recole Monitum ad Orat. *de Hereditate* Matidiæ p. 284.) quam acceptâ Marci Epistula Fronto misit ad Verum; sed re diligentius considerata, aliud incertum esse cognovi.

(2) Locus mutilus est. Sed nimirum sub Epistulæ finem petebat impense a Frontone Marcus ut res Parthicas scribere adgrederetur, quod constat ex fine Epistulæ VII. Libri I. ad Verum.

Vale, mi dulcissime Magister. Nepotem saluta (1).

DOMINO MEO

... Has interea Orationes mittito (2). In le ... duas delig ... post ... per ... quid ... ing ... nus ... tibi et cud ... ter ... non ... potes ... nondum ... tus. Nisi ... res ... ad ...

MAGISTRO MEO SALUTEM

.... ne ..... sum ....

FRAGMENTA QUÆDAM
FRONTONIS AUT ·M· AURELII
ET EXCERPTA EX SALLUSTIO (3)

.... suetum .... ava*rum*.... *iniu*rias .... habuisset.... ab illo.... bene....

---

(1) Moneo, hanc clausulam *Vale* etc. me incaute subiunxisse etiam Epistulæ v. Libri I. ad Marcum, a quo loco eximenda est.

(2) In hoc quoque Epistulæ fragmento sermo esse videtur de Orationibus, quas admonitus a M. Aurelio Fronto ad L. Verum misit.

(3) In quo folio occurrit mihi Epistula Marci quæ incipit *Orationes*, quamque modo edidi, inveni etiam Excerpta quædam ex Sallustii bello Catilinario: rursus in alio folio Excerpta ex bello Iugurtino. Et M.

voluptatiba (1) . . . . . Sed . . . . . . *

» Sed in his erat Sempronia (2), quæ » multa sæpe virilis audaciæ facinora » commiserat. Hæc mulier genere atque » forma, præterea viro et liberis satis » fortunata fuit: litteris græcis et latinis » docta; psallere et saltare elegantius, » quam necesse probæ: multa alia quæ » instrumenta luxuriæ sunt. Sed ei ca- » riora semper omnia quam decus. . . .

* *In margine*: Forma (luxuriæ).

quidem Aurelius hoc puerile excerpendi exercitium se non esse aspernatum ipse scribit (Lib. II. ad M. Epist. IX.). Immo et a Frontone sibi missa eiusmodi Excerpta commemorat (Lib. I. ad M. Epist. IX.). Tum Sallustii lectionem sibi a Magistro commendatam innuit (Lib. II. ad M. Epist V.). Ceterum et ipse Fronto Sallustio vehementer studuit: nam præter alios Sallustianos locos a nobis in Operibus eius notatos, etiam in Fragmento VI. Operis *Principia Historiæ* p 355. illa verba *Mare sævum importuosum* etc. *Patiens laborum* etc. ex bello Iugurtino Sallustii petuntur pp. 75. et 84. seu capp. 20. et 30.

(1) Nota vocabulum *voluptatibus* (pro *voluptativus*), *a*, *um*, quod adscribitur etiam in margine Codicis.

(2) Sallust. Bell. Cat. p. 21. Edit. Crispinianæ, seu cap. 26. Edit. Cominianæ.

» afflictare sese (1); manus supplices ad » cælum tendere; miserari parvos libe- » ros; rogitare; omnia pavere; superbia at- » que deliciis omissis».. Formis... miserat... ne damnum... misisti... nonus... quem... sal...

» *Exercitus sine imperio* et modestia habi- » tus (2). Ita imperatori novo plus ex malis » moribus sollicitudinis, quam ex copia mi- » litum auxilii aut spei bonæ accedebat. » Nam Albinus Auli fratris exercitusque cla- » de perculsus, postquam decreverat non » egredi provincia, quantum temporis æs- » tivorum in imperio fuit, plerumque mili- » tes in stativis castris habebat; nisi cum odos » aut pabuli egestas locum mutare subege- » rat. Sed NEQUE MUNIEBANTUR (3), ne- » que more militari vigiliæ deducebantur: » uti cuique libebat ab signis aberat. Lixæ

(1) Idem in eodem p. 24. seu cap. 32.

(2) Idem Bell. Iug. p. 101. seu cap. 48-49.

(3) Verba *neque muniebantur* inserebat heic Popma e Cod. antiquissimo, expungebat Gruterus, aberant ab Editionibus plerisque omnibus: nunc Codex Frontonianus invicte confirmat. Quin eiusdem lectionis vestigia deprehendebam in duobus aliis Sallustii Codd. Ambrosianis F. 138. et P. 89. part. sup.

» permixti cum militibus, diu noctuque va-
» gabantur: palantes agros vastare, villas
» expugnare: pecoris et mancipiorum præ-
» das certantes agere: eaque mutare cum
» mercatoribus vino advectitio, et aliis ta-
» libus: præterea frumentum publice da-
» tum vendere, panem in dies mercari:
» postremo quæcumque dici aut fingi que-
» unt ignaviæ luxuriæque probra, ea in
» illo exercitu cuncta fuere, et alia amplius.
» Sed in ea difficultate Metellum *, non
» minus quam in rebus hostilibus, ma-
» gnum et sapientem virum fuisse (com-
» perior): tanta temperantia inter ambi-
» tionem, sævitiamque moderatum » ...
animo ... nec de re ... cuiquam inlucere ... Sed
cum paruissemus ... quantum nihilominus
erogatur. Summus ... rum quæ censuimus.
Nec dubito futurum quin ... vindicabit per-
severando ... censet et causa ... nos ... vitæ
(vidu)antur, et pro ... uris, et de ... sollici-
tu ... an ... nequam ... isse ... quantum alt ...

---

* *In margine*: Forma imperatoris.

·M· FRONTONIS

AD ·M· ANTONINUM

DE BELLO PARTHICO (1)

. . . . *Mars* tam*etsi* genuit gentem Romanam, æquo animo patitur fatisci nos interdum et pelli et volnerari. An cunctetur de militibus nostris Mars pater illa dicere:

EGO CUM GENUI TUM MORITUROS SCIVI, ET EI REI SUSTULI.

PRÆTEREA CUM IN (2) TERRARUM ORBEM MISI (3) OB DEFENDENDUM IMPERIUM,

SCIBAM ME IN MORTIFERA BELLA, NON IN EPULAS MITTERE (4).

---

(1) Hoc Opusculo *de Bello Parthico* consolatus est Fronto M. Aurelium post auditam cladem, quam exercitus romanus a Parthis passus erat, ante L. Veri expeditionem in Asiam. Eam cladem narrant Dio Lib. LXXI. 2. et Capitolinus in *Vero* p. 54. D.

(2) Cod. pro IN habet OB.

(3) Cod. MISSI, sed prior S videtur deleta.

(4) Hi versus petuntur ex Ennii Telamone paucis mutatis. Confer Collect. Pisaur. Tom. IV. p. 281.

Hæc verba Telamo Troiano bello de suis liberis semel elocutus est: Mars de Romanis sæpe multisque in bellis hoc carmine usus est, Gallico bello * apud Alliam (1), Samnitico apud Caudium (2), Punico ad Cannas (3), Hispanico apud Numantiam (4), Iugurthino apud Cirtam (5), Parthico ad Carrhas (6). Sed semper et ubique ærumnas adoris (7), terroresque nostros triumphis commutavit. Sed ne nimis vetera alte petam, vestræ familiæ exemplis utar. Traiani proavi vestri ductu auspicioque nonne in Dacia captus vir

* *In margine*: Quibus bellis Romani malam pugnam pugnaverint.

(1) Livius V. 38.
(2) Idem IX. 2. et seqq.
(3) Idem XXII. 47. et seqq.
(4) Appianus de Bell. Hispan.
(5) Sallustius Bell. Iugurth.
(6) Plutarchus in Crasso.
(7) Ita Cod. pro *adoriis*. Iam de *adoria* pro *adorea* vide ad Epist. IV. Lib. II. ad Verum p. 117. n. 1.

consularis (1) *? Nonne a Parthis consularis æque vir in Mesopotamia trucidatus (2)? Quid avo vestro Hadriano imperium optinente **? quantum militum a Iudæis (3),

* *In margine*: Quos duces Traianus amiserit.

** *In margine*: Et de Hadriano.

(1) Vix mihi persuadeo, hunc virum consularem captum a Dacis, alium esse quam *Longinum*, de quo Dio Lib. LXVIII. 12. Tamen Dio eum non dicit consularem, sed *τινὰ στρατοπέδου ῥωμαικοῦ ἐξηγούμενον*, *e romani exercitûs ducibus unum*. Et hic quidem captus est secundo bello Dacico, quod Traiani ductu auspicioque adversus Decebalum gerebatur. Ceterum primo bello Dacico sub eodem Traiano pugna atrox memoratur a Dione LXVIII. 8. in qua plurimi Romanorum ceciderunt: sed ne ibi quidem mentio capti viri consularis.

(2) Hic est *Maximus*, quem pugnantem in Mesopotamia cæsum a rebellibus narrat Dio LXVIII. 30. Fuit autem Maximus consul cum Traiano anno Urbis DCCCLVI. Apud Glandorpium Onomast. rom. p. 107. dicitur *L. Appius Maximus Norbanus*.

(3) In bello Iudaico ob Æliam Capitolinam ab Hadriano conditam excitato plurimi quidem Iudæi, sed multi etiam Romani desiderati sunt. Quare ut Dio refert LXIX. 14. ex eoque Zonaras XI. 23. non

quantum ab Britannis cæsum (1)? Patre etiam vestro imperante *, qui omnium principum . . . .

. . . .

Si marso quis patre natus viperas, lacertas et natrices timeret, nonne

---

* *In margine*: Antonino Pio.

---

est ausus Hadrianus quum ad Senatum scriberet uti formula: *Si vos liberique vestri valetis, bene est; ego quidem exercitusque valemus.*

(1) Cædem Romanorum editam esse in Britannia Hadriano imperium tenente constat ex hoc loco Frontonis. Hadrianum traiecisse in Britanniam, et romanam ibi ditionem a barbaris ingenti muro seiunxisse, resque composuisse narrat Spartianus in eius vita p. 8. Hadrianus bellum in Britannia gessisse non videtur Tillemontio (Hist. des Emp. Tom. II. p. 237.). Sed iam ex Frontone apparet, bellum Britannicum pari fere atrocitate gestum esse ac Iudaicum. Neque enim arbitror illud membrum *quantum ab Britannis cæsum* referri posse ad Pium, ad quem transit Fronto. Pius quidem dicitur a Capitolino in eius vita p. 27. A. Britannos vicisse; sed in Codice et interpungitur post *cæsum*, et illud membrum pendere a præcedentibus omnino videtur.

degenerare videretur (1)? . . . et gloriam romani nominis restituendam, et insidias fraudesque hostium . . . quæ . . . comparata . . . vendere . . . nuga(ci) . . . consulta sunt. Iam . . . con . . . iure meritoque . . . . neque . . . vocent paratos progredi, regredi, remanere: porro, retro, ilic, *istic*. Haudquaquam utile est homini nato res prosperas perpetuo evenire. Fortunæ variæ magis tutæ. Est *exemplo Polycrates* (2) *Samiorum tyrannus ingentibus præditus* opibus, et omnium, quæcumque intenderat, sine offensione potitus. Nihil in ætate agunda duri aut acerbi

(1) Locum illustrat Solinus Cap. 2. » Gentem » Marsorum serpentibus illæsam esse nihil mirum: » a Circæ filio hi genus ducunt, et de avita po- » tentia deberi sibi sciunt servitium venenorum: » ideo venena contemnunt ».

(2) Narratio de Polycrate vix legitur in Codice, interdum vero ne vix quidem. Eam igitur identidem expleo ex Herodoti Thalia. Polycratis historiam vide sis etiam apud Ciceronem *de Fin*. v. 30. Strabonem Lib. XIV. p. 638. Plinium Histor. XXXVII. Sect. II. Valerium Max. VI. 9. Ext. 5. Athenæum XII. pag. 522. Tzetzem Chil. VII. 121.

expertus esse dicitur: quin sub manus cuncta *quæ voluit* prosus (1) *redegit evasitque* beatissimus. *Quibus de rebus* rex Amasis Ægyptius sapiens fortunatissimis consultus, scriptis familiaribus litteris suasit ut sempern(i)um (2) voluntario aliquo damno multaret, eoque dolore *invidum Numen placaret. Id cum non inprobasset Polycrates, cogitabat porro quid amittens maxime doleret* . . . Habebat (Darius) (3) anulo manupretio (4) . . . .

---

(1) Ita Cod. *prosus* pro *prorsus*. Sic legitur in Codd. *prosa* et *prorsa oratio*. Recole *rusus* pro *rursus* in Fragm. I. Lib. II. *de Orationibus*.

(2) Lego in Codice *sempern(i)um*, sed videtur scribendum *semetipsum*, vel potius *semet ipse*.

(3) *Darius* mihi prorsus legere videor in hoc loco ceteroqui hiante. Id autem noto quia Orœtem (a quo Polycrates occisus est) fuisse præfectum seu prætorem *Darii* regis Persarum aiunt Valerius et Cicero, quum contra ex Herodoto constet Polycratem supplicio affectum esse regnante adhuc Cambyse.

(4) Herodotus quoque et Strabo locis nuper laudatis, nec non Pausanias in *Arcadicis* Cap. 14. p. 629. dicunt eum Polycratis lapidem fuisse pretioso opere et sculptura insignem.

(f)acie eximia, lapidem smaragdu(m) (1) .... summo ... Eum Polycrates anulum nave longa in altum provectus sponte in mare abiecit, unde numquam .... emergeret. Tum quod sciens spon(teque) *id fecisset*, abiectum ... dolebat. *Ecce autem quinto sextove postquam hœc acta sunt die, piscem satis grandem* piscator (quidam) nactus, indignum duxit ad venalis deferre, sed dignitati parens regi obtulit. Rex gratum acceptumque habuit, eumque (a famulis) apponi iussit: qui *cultris* atque opera eum piscem contrectantes, anulum in alvo repertum ad regem gaudentes detulerunt. Tum Polycrates litteras ordine de casu, et postliminio anuli perscribtas ad regem

(1) Gemmam Polycratis *smaragdum* dixerunt etiam Herodotus, Pausanias et Tzetzes locis superius citatis. At *Sardonychem* dixit Plinius, quem secutus est de more Solinus Cap. 33. » Sed horum neuter » vere, ut quidem puto (inquit Bochartus Hieroz. » P. II. Lib. v. Cap. 7); quia Herodotus, qui li- » brum ea de re ab ipso Polycrate scriptum con- » suluerat, *smaragdum* fuisse refert ».

Amasim mittit. Amasis magnum et maturum malum Polycrati coniectans, amicitiam hospitiumque renuntiat, ut alieni potius quam hospitis sui aut amici (1) fortunam commutatam (ipse) minus ægre ferret. Sed somnium filiæ Polycrati (2) iam ante insigne optigerat. Patrem suum videre sibi visa erat aperto atque edito loco sublimem ungui (3) et lavi Iovis et Solis manibus. Harioli autem lætam et pinguem fortunam portendier somnio interpretati (4). Sed omne contra evenit. Nam deceptus ab Orœte (5) Perse

---

(1) Cod. *ut alieno potius suo quam hospite aut amico fortun.... commutat.... minus ægre ferret.*

(2) *Polycrati* pro *Polycratis*, ut alibi *Ulyxi* et *Achilli* et similia nomina in casu genitivo.

(3) *Ungui* pro *ungi*. Recole Fragm. v. Lib. I. *de Orationibus* p. 234. cum nota 1.

(4) Cod. *interprætati*.

(5) Recte Fronto scribit *Orœte* non *Oronte*, quod mendum irrepsit in Valerii Maximi et Ciceronis locos superius laudatos, quos tamen emendaverunt Harduinus ad Plinium XXXIII. Sect. VI. Victorius Var. Lect. Lib. II. Cap. 4. Et quidem Frontonis scriptura consentit cum Herodoti et Athenæi Ὀροίτης.

Polycrates (1), captusque, in crucem sublatus est. Ita ei crucianti somnium expe(ditum. Manibus) *enim Iovis, cum plueret, lavabatur, Solis autem manibus unguebatur, dum ipse e corpore humorem emitteret . . .* Huius (fabulæ) exorsus ... bent ... interdum .... *Non est exsultandum in* nimia et diutina prosperitate, nec siquid malæ pugnæ acciderit, defetiscendum: sed victoriam brevi spera. Namque semper in

---

(1) Antequam a Polycrate discedamus, unum mihi addendum superest propter dicta ad Fragm. VI. Libri II. *de Orationibus* p. 269. in nota. Herodotus in Thalia Cap. 56. hæc scribit: Ὡς δ ματαιότεσος λόγος ὅρμηται, λέγεται Πολυκράτεα ἐπιχώριον νόμισμα κόψαντα πολλὸν μολύβδου, καταχρυσώσαντα, δοῦναι Λακεδαιμονίοις, *uti rumor quidam temerarius manavit, fertur Polycrates magnam vim monetæ patriæ e plumbo cudisse, eamque inauratam Lacedæmoniis dedisse.* Verum (præterquamquod ea videtur fabula ipsi Herodoto) Polycrates non dicitur pelliculasse auro plumbeos nummos atque ita cudisse, sed cusos inaurasse. Itaque locus Herodoti, cuicuimodi is est, non repugnat iis quæ nos dubitanter innuimus contra Eckhelii sententiam de nummis plumbeis pretiosiore metallo ante cudendum pelliculatos.

rebus gestis romanis crebræ fortunarum mutationes exstiterunt (1). Quis ita ignarus est bellicarum memoriarum, qui ignoret, populum romanum non minus cadendo quam cædendo imperium peperisse? Legiones nostras sæpe *victas cap*tasque *arti*-*bus* barbarorum esse? Quamvis...*equidem ut ad colendas* fruges, tauri subigi iungendo domarique potuere, *ita* nostri exercitus sub iugum missi sunt: sed eosdem illos, qui sub iugum egerant, paulo post ante triumphum nostri egere, et captivos sub corona vendidere. Post Cannensem cladem Pœnus imperator anulorum aureorum, quos cæsis equitibus (2) romanis Pœni detraxerant, tres modios cumulatos (3)

(1) Codex semper fere habet verbum *exto* sine intermediâ *s*. Heic tamen et p. 345. interseritur *s*.

(2) Cod. *æquitibus*, quod etiam in aliis antiquis codd. interdum vidi.

(3) Livius XXIII. 12. hæc scribit: „ Ad fidem tam „ lætarum rerum, effundi in vestibulo curiæ iussit „ (Mago Hannibalis frater) annulos aureos, qui „ tantus acervus fuit, ut, metientibus dimidium „ super tres modios explesse, sint quidam auctores. „ Fama tenuit, quæ propior vero est, haud plus „ fuisse modio „.

misit Carthaginem *. Sed non multo post Carthago capta est, illisque qui anulos detraxerant, catenæ inditæ sunt **. In ea pugna Scipio quantum hominum Pœnorum Afrorumque cepit, aut occidit, aut in deditionem accepit (1)! Si eorum linguas resecari imperasset, navem onustam linguis hostium Romam inegisset.

Quod te vix quicquam, nisi raptim et furtim, legere posse præ curis præsentibus

---

* *In margine*: Tres modios anulorum cumulatos Hannibal cæsorum equitum romanorum apud Thrasymenum Carthaginem misit.

** *In margine*: Victa Carthagine, qui anulos detraxerant, catenas acceperunt.

---

(1) Captæ Carthaginis horrenda cædes per sex dies totidemque noctes tenuit. Rem graphice narrat Appianus *de Bell. Punic.* sub finem.

scribsisti (1); fac memineris, et cum animo tuo reputes, ·C· Cæsarem atrocissimo bello Gallico occupatissimum cum alia multa militaria, tum etiam duos DE ANALOGIA Libros scrupulosissimos scripsisse inter tela volantia, de nominibus declinandis, de verborum aspirationibus et rationibus inter classica et tubas (2).

---

(1) Patet, Frontonem respondere Marco qui (Epist. V. Lib. I. ad Marcum) scripserat: « ..... « paululum et ex Ciceronis Oratione, sed quasi « furtim, certe quidem raptim: tantum instat « aliud ex alio curarum »! Romæ scilicet Marcus residens bellum Parthicum suo consilio et meditatione regebat. Id testatur Capitolinus in eius vita p. 37. C. D. « Et Verus quidem posteaquam in « Syriam venit, in deliciis apud Antiochiam et « Daphnen vixit, quum per legatos bellum Parthi- « cum gerens, imperator appellatus esset, quum « Marcus horis omnibus reipublicæ actibus incu- « baret. Denique omnia quæ ad bellum erant ne- « cessaria, Romæ positus et disposuit Marcus et « ordinavit ».

(2) Id indicat etiam Cicero in Bruto LXXII. « Quin « etiam in maximis occupationibus, cum ad te « ipsum, inquit (Atticus) in me intuens, *de ratione « latine loquendi* accuratissime scripserit (Cæsar) ». Hoc autem Opus Cæsaris dicit *Libros de Analogia* Quintilianus I. 7. ut heic Fronto.

Qur igitur tu, Marce, non minore ingenio præditus, quam ·C· Cæsar, nec minus ordine inclytus (1), nec paucioribus exemplis aut documentis familiaribus instructus, non vincas negotia, et invenias tibimet tempora non modo ad orationes et poemata, sed etiam syllogismos (2), si perpeti potes, resolvendos? Nunc ut Orationem istam Tulli (3),

---

(1) Codex videtur habere *inscitus*.

(2) Syllogismis solvendis negat se trivisse tempus M. ipse Aurelius *De rebus suis* I. 17. Tum. VIII. 1. ait, se bonam beatamque vitam in iis non invenisse. Marcum tamen fuisse deditum Dialecticæ eiusque doctoribus constat ex Fragmento I. Lib. I. *de Orationibus* et Fragmentis II. et III. Libri II. Ceterum ne miremur, Frontonem auctorem esse Marco ut curam aliquam etiam syllogismis impendat: nam Dialecticæ usus sapiens ab Oratore non abhorret. Ipse Cicero in *Bruto* XC. de se ait: » A Diodoto studiosissime in Dialectica exercebar, » quæ quasi contracta et adstricta eloquentia pu- » tanda est: sine qua etiam tu, Brute, iudicavisti, » te illam iustam eloquentiam, quam Dialecticam » dilatatam esse putant, consequi non posse ».

(3) Nempe *Pompeianam*, seu *pro lege Manilia*, quam se legere ait Marcus in Epistula V. (Libri I. ad Marcum).

quam tibi legendam misi, paucis commendem; mihi profecto ita videtur, neminem umquam neque romana, neque græcorum lingua facundius in concione populi laudatum (1), quam ·Cn· Pompeius in ista oratione laudatus est: ut mihi ille videatur non ita suis virtutibus, ut Ciceronis laudibus MAGNUS cognominatus (2). Tum præterea multa istic reperies

---

(1) Anno post Ch. N. MDCCCXII. prodiit græce primum Mediolani Isocratis Oratio *de Permutatione* plus duplo aucta ex mss. duobus Laurentiano et Ambrosiano. Eadem sequente anno in eâdem Urbe primum item latine excusa est cum Notis et Appendicibus. Iam vero in nova Orationis Isocrateæ parte, cum plurima insignia sunt, tum nihil fere magnificentius laudatione Timothei Atheniensis cl. imp. , græcæ quidem Editionis p. 66-78. latinæ p. 55-67. Puto studiosos Iuvenes pretium operæ facturos , si diligenter retractatis Isocratea et Tulliana Orationibus , utrumque hominum par , tum duos scilicet maximos duces , tum duos disertissimos rhetores inter se conferent.

(2) Nota iudicium Frontonis de Pompeio. In cunctis pæne orationibus Cicero laudibus effusis Pompeium prosecutus est. Ipse Tullius *in Pison*. XXX. ait : „ Quem (Pompeium) quantum potuissem „ multis sæpe orationibus scriptisque decorassem...

præsentibus consiliis tuis capita apte considerata, de ducibus exercituum deligendis, de commodis sociorum, tutela provinciarum, de ... tum : quibus artibus præditos esse oporteat imperatores (ob suam et ceterorum)... tractatus... quas... intentionem... consuevi. Ne... sim... quid ego intento maiore, vel aliquando repræ... arbitror profuturas (1); Velis dumtaxat. Et siquis ... quod inper ... Neque mihi succenseas, quod non mea manu tibi rescribserim, præsertim cum a te tua manu scribtas litteras acceperim. Digitis admodum invalidis nunc utor et detrectantibus.

» nonne is compensabit cum uno versiculo tot mea » volumina laudum suarum »? Immo II. *in Rull.* XVIII. veniam ab auditoribus petit Cicero, quod sæpius de Pompeio cum laude dicat.

(1) Opportune Fronto misera' Marco legendam Orationem *pro Lege Manilia*, in qua agitur de Mithridatico bello, quod genere et magnitudine par fuit Parthico tunc temporis a Divis Fratribus suscepto. Et doleo paginam hanc Frontoniani scripti pæne totam esse deletam : suspicor enim heic institutam fuisse aliquam brevem quidem sed utilem comparationem utriusque belli inter se.

Tum hæc Epistula multum verborum in(gerebat), mea autem dextera manus hac tempestate paucarum litterarum.

·M· Frontonis

DE BELLO (1) PARTHICO

explicit.

Legi emendavi qui supra.

---

(1) Codex pro BELLO habet BELO, et quidem litteris maximis, ut mos est in titulis Librorum. Hæc autem scriptura fortasse retineri poterat ob simile exemplum in Inscriptione apud Gruterum p. CCCCXLI. 4. L. NERATIO. C. F. VOL. PROCULO X. VIRO etc. ITEM. MISSO. AB. IMP. ANTONINO AUG. PIO. AD. DEDUCENDAS VEXILLATIONES IN. SYRIAM. OB. BELUM. PARTHICUM. PRÆF AERARI. MILITARIS. COS. etc. Ad verba autem ANTONINO. AUG. PIO notatur in Grutero: „ Philosophum intelligo, sub quo belli Parthici „ multa mentio. Ita Commodus in alia Inscriptione „ vocatur M. Aurel. Antonin. Aug. Pius. Felix. „ Vide Rævardum III. Varior. Cap. 10. „. *Belo* vides etiam superius in Fragm. V. Lib. I. *de Orationibus* p. 237. quod fortasse scriptum est pro *bello*.

·M· FRONTONIS

PRINCIPIA HISTORIÆ

Editoris Monitum

Bellum Parthicum contra Vologæsum huius nominis tertium primo quinquennio imperii Divorum Fratrum bellatum infiniti prope Scriptores eius temporis conscripserunt. Horum multos enumerat Lucianus in Opere *Quomodo scribenda sit Historia*, eosque ut ineptos irridet: in his nominatim Milesium civem quemdam, Creperium Calpurnianum Pompeiopolitanum, Callimorphum medicum sextæ contariorum, Corinthium quemdam, Antiochianum hieronicum Apollinis, Demetrium Sagalassiensem Pisidium. Hi omnes græce scripsisse videntur.

Frontonem inter Scriptores belli Parthici puto nominari a Luciano, sed nulla cum reprehensione. Lucianus enim Cap. 21. ait quemdam ex illis græcis Historicis nimio Atticismi studio romana nomina ad græcam formam revocasse, ita ut ex *Saturnino* Κρόνιον, ex *Frontone* Φρόντιν, ex *Titiano* Τιτάνιον fecerit. Hæc nomina quum in Luciano Tillemontius legisset, suspicatus est tres romanos in bello Parthico Duces (Hist. des Emp. Tom. II. p. 349.). Mihi vero hi potius videntur tres Historici latini, quos ille posterior græcus, ut fit, in Opere suo laudaverit.

Habemus igitur Historicum latinum belli Parthici, primo certe *Frontonem*. Deinde fortasse *Saturninum*, qui quisnam fuerit, merito quærendum. De Sardio quidem *Saturnino* Frontonis familiari recole Epistulas X. XI. XXI. XXIII. Libri I. ad Amicos: sed hunc fuisse Historicum inde non constat. Iunium seu Iulium *Saturninum* certo Historicum laudat Svetonius in *Augusto* Cap. 27. Quoniam autem sub Hadriano floruit Svetonius, fieri potest, ut *Saturninus* ab eo laudatus, æqualis eius et Frontonis fuerit, adeoque etiam bellum Parthicum non secus ac Fronto scripserit. Harduinus quidem in *Ancyra* nobis Iulium *Saturninum* exhibet in nummo Antinoi, adeoque Hadriano imperante clarum. De eodem loqui videtur

etiam Inscriptio apud Gruterum cccccxxiv. 10. Et Vossius quidem *de Historic. lat.* Lib. III. pag. 221. Iunium *Saturninum* inter Historicos incertæ ætatis recenset. Pompeii *Saturnini* amici sui Historias laudat Plinius Epist. 16. Lib. I. Sed hic *Saturninus* bellum Parthicum Traiani scripsisse non videtur, quandoquidem vivente Plinio, quem et heredem instituit, extinctus est. V. Plin. Ep. 7. Lib. V. Tertius Historicus latinus belli Parthici videtur *Titianus* qui Commodi, Pertinacis, ac Severi temporibus claruit, pater Titiani eius qui Maximinum iuniorem instituit. V. Vossium *de Historic. lat.* Lib. II. p. 55.

Denique historiam huius Parthici belli texuerat græce Asinius Quadratus sub Philippis clarus. Et huius quidem Opus laudant Capitolinus in *Vero* p. 55. C. Vulcatius in *Avidio Cassio* p. 58. B. et non semel Stephanus in *Urbibus*. Sed hæ omnes de Parthico bello lucubrationes perierunt. Nunc demum Fragmenta prodeunt Frontoniani Operis, quod sane apparet fuisse splendidissimum. Et quidem huius Scripti octo et viginti saltem ingentes paginas deprehendi in Codice superstites, verum ita deletas, ut vel harum reliquiarum nonnisi tenuem partem legere potuerim.

·M· FRONTONIS
AD ·M· ANTONINUM
PRINCIPIA HISTORIÆ (1)

Fragmentum I.

MACEDONUM spes torrentis modo magna vi ortæ, brevi die occiderunt: quorum unius humanæ prolis ætate imperium extinctum est. Nam illa quæ

(1) Inter eos, qui bellum Parthicum a L. Vero gestum scripserunt, Lucianus Operis in Monito laudati Capite 23. recenset et quosdam qui prohœmia splendida et tragica concinnaverant, ita ut magnam Historiæ subiiciendæ expectationem excitaverint, deceptis tamen lectoribus, quia parvum quoddam et ineptum Historiæ corpus deinde editum est. Vix puto hoc a Luciano dici de Frontonis Opere, cuius quidem PRINCIPIA (nempe *Rudimenta*) per se Opus integrum fuerunt, Comparatio scilicet inter se utriusque belli Parthici a Traiano et L. Vero gesti. Neque porro constat, utrumne brevem an prolixam Historiam Fronto deinceps scripserit. Nam quod superius edidimus Opusculum *de Bello Parthico*, Historia non est: tum a Frontone, vix excitato eo bello nedum confecto, scriptum fuit, quod his verbis ibi declaratur, (p. 327) *sed brevi victoriam spera.*

Alexandri comites familiaresque tenuerunt, præfecturæ magis, quam imperia, appellandæ .... Nemini usquam oppidum, neque tectum diutinum, aut limen inveteratum: libertatem inopia sortiti, quia inopem subigendi sterilis fructus laboris capitur .... Vagi palantes, nullo itineris destinato fine, non ad locum, sed ad vesperum contenditur .... *Deceptionibus* clades ediderunt, latronum potius quam hostium numero duco. Soli hominum Parthi adversus populum romanum hostile nomen haud umquam contemnendum gesserunt. Id satis demonstrat non Crassi modo clades (1) et Antoni fœda fuga (2), sed etiam fortissimi Imperatoris Traiani ductu Legatus (3) cum exercitu cæsus, et Principis ad

(1) Plutarchus in *Crasso*.
(2) Idem in *Antonio*.
(3) Puto *Maximum*, de quo dixi ad Opusculum *de Bello Parthico* p. 321. n. 2.

triumphum decedentis haudquaquam secura nec incruenta regressio (1).

Bella igitur duo maxima a duobus maximis (2) Imperatoribus adversum Parthos nostra memoria (3) pari eventu bellata contendere (4) inter sese pro copiis cuiusque Ducis et temporibus pergam: haud ignarus, fortissima facinora viventium gravatius (5), mortuorum gratius accipi: faveri præteritis, invideri præsentibus.

---

(1) Quum Traianus bellum Parthicum confecisset, eique Senatus splendidissimum triumphum pararet, repente Oriens pæne totus magno tumultu rebellavit. Itaque Traianus non sine cruentis prœliis a mari Indico in romanas provincias se recepit. V. Dionem LXVIII. 29. et seqq.

(2) Traianus dicitur *maximus* in Inscriptione apud Eckhelium Doctr. num. vet. Tom. VI. p. 457. L. Verus item *maximus* in nummis.

(3) Notemus etiam hinc Frontonis ætatem, qui ait bellum quoque Traiani Parthicum sua memoria bellatum.

(4) En propositum huius Operis Frontoniani.

(5) Innuere videtur Fronto criminationes a sermonibus invidorum L. Vero illatas: quem tamen certum est belli tempore voluptatibus in Syria operam dedisse.

Namque invidia semper ... perstitere ... de ... in ... docebitur. Dempta (q)uisque (extra) posse (quo) bi . . an . . (ecce) ... pertum est da..... his ..... publicam sibi administrandam .... qui .... sis a patria ..... nec belli adversus Parthos instaurandi (auc)tor .....

Fragmentum II.

Longa desuetudine bellandi miles romanus ad ignaviam redactus. Nam cum omnibus artibus, tum præcipue rei militari desidia noxia est.... per(moti).... est.... experiri, et, ... milites in campo exercere. Corruptissimi * vero omnium Syriatici (1) milites, seditiosi, contumaces,

* *In margine*: Vituperatio Syriatici exercitus corrupti.

(1) Ita Cod. pro *Syriaci* habet *Syriatici*, ut apud Florum Lib. II. Capp. IX. 1. XI. 1. XII. 1. Immo ad primum Flori locum hæc notat Salmasius: » Non » temere reperi ullum veterem codicem, in quo » non frequentius Syriaticum, quam Syriacum » scriptum occurreret. Ita scribi in Solini vetustis » exemplaribus, ita in Isidori, ita denique in » Flori libris semper visus sum animadvertere ».

apud signa infrequentes . . . . præsidiis vagi . . . . ac palantes, de meridie . . . . temulenti, ne armatu quidem sustinendo adsueti : sed inpatientia laboris armis singillatim omittendis in velitum atque funditornm modum seminudi. Præter huiuscemodi dedecora, malis prœliis ita perculsi fuerunt, ut ad primum Parthorum conspectum terga verterent: tubas quasi fugæ signum canentis (1) audirent. Tantam militaris disciplinæ labem . . . . . . coercuit, industria sua ad militandum exemplo proposita. Primus ipse (2) in agmine haud sæpius equo vehi, quam pedibus fatisci: tam solem torridum facile, quam diem serenum ferre: pulverem confertum pro nebulis pati: sudorem in armis, ut in ludicris. Insuper habere caput apertum

---

(1) In textu *canentis*, at in margine, in quo hæc repetuntur, scribitur *canentes*.

(2) Quæ sequuntur in hoc II. Fragmento, ea de Traiano intelligenda videntur, quorum simillima narrat Plinius in Panegyrico.

soli et imbribus et grandini et nivibus: neque (se) adversus tela munitum præbere: spectandis in campo militibus operam dare, et ægros intervisere: non incuriose per militum contubernia transire, sed forte temere Syrorum munditias introspicere *et* Pannoniorum inscitias. Sero ipse post decisa negotia lava*re* (1): mensa sobria, victu in castris plebeio: vinum loci, aquam temporis bibere: primam vigiliam facile vigilare, postremam iamdudum expergitus opperiri (2): labore magis quam otio lætari, otio ad laborem abuti. Vacua militaribus tempora civilibus negotiis occupare. In penuria subita ramis nonnumquam et frondibus pro supellectile usus est. Cæspitem interdum ut torum incubans. Somnum cepit labore paratum, non silentio quæsitum. Graviora (de)mum perverse facta severe animadvertit, leviora sciens

(1) Cod. *lavat, et mensa etc.*
(2) Cod. *operiri.*

dissimulavit: locum pænitendi reliquit (1). Nam delicta sua plerique, dum ignorari putant, corrigunt; ubi manifesta sciunt, inpudentia obfirmantur . . . . certaminis . . . necessita(tis) . . . visset, providere: per tot provincias, tot opsidionum, prœliorum acrium (2), stationum, castellorum excidendorum aperta discrimina curas et *animum* dispergere . . . . . non . . . . ducem . . . . tametsi . . . * . . . . num consentirem . . . gnarus. . . . portare . . . . *lon*gior mora.

---

* *In margine:* De legibus (amoris) (3).

---

(1) Ita prorsus Plinius (ut unum saltem huius locum laudem) in Panegyrico Edit. Pauli Stephani an. 1600. p. 83. » Castigaverunt vitia sua ipsi, » qui castigari merebantur, iidemque emendatores, » qui emendandi fuerunt. Itaque nemo de seve» ritate tua quæritur ». A Dione quoque LXVIII. 5. dicitur Traianus malos homines negligere fuisse contentus.

(2) Ita Cod. *acrium* quod reprehendi nequit. Dubitabam tamen num facta esset metathesis ex *arcium*.

(3) Periit locus. Duæ nempe paginæ deletæ sunt.

Fragmentum iiI.

Necdum (1) etiam tum profecto enimvero cum præsens Traianus Euphrati (2) et Tigridis portoria equorum et camelorum trib(uta onera . . .). . cer cæsus est. Illud (etiam) . * . . tum bello (incipiente) histriones ex Urbe in Suriam accisse (3). Sed profecto sicut arborum altissimas vehementius ventis quati videmus, ita virtutes maximas invidia criminosius incessit. Ceterum bello an pace clarior Traianus imperator existimandus

* *In margine*: Laus Traiani.

(1) Nisi forte pro *necdum* legendum est in Codice .... *nemum* vocabulum mutilum.

(2) Pro *Euphratis*. Huiusmodi genitivos casus vidimus in Frontone complures.

(3) Hoc vel de Traiano dicitur, vel de L. Vero, vel de utroque. Traianum histrionibus delectatum narrat Fronto in Epistula iiI. Alsiensi p. 181. Et quidem ea hyeme, quam egit Antiochiæ antequam in Parthos duceret, theatro impense dedisse operam videtur Traianus, ut innuit Dio LXVIII. 24. quo loco ait, innumeram hominum vim confluxisse tunc temporis Antiochiam cum ob alia tum κατὰ θεωρίαν, *spectandi*

sit, in ambiguo quidem pono (1). Nisi quod armis etiam Spartacus et Viriathus (2) aliquantum potuere; pacis artibus vix quisquam Traiano ad populum, nisi qui adæque, acceptior exstitit. Ipsa hæc cum pri . . . æ nonne illis optrectationibus faces sunt? Ex summa civilis scientiæ ratione sumpta videntur, ne histrionum quidem, ceterorumque scænæ (3) aut circi aut harenæ artificum indiligentem Principem fuisse. Ut qui sciret, populum romanum duabus præcipue rebus annona et spectaculis teneri: imperium non minus ludicris, quam seriis probari: maiore damno seria, graviore invidia ludicra

---

ludos gratia. De Lucio autem hæc scribit Capitolinus in eius vita p. 55. A. » Risui fuit omnibus » Syriis, quorum multa ioca in theatro in eum » dicta extant ». Vide et p. 56. B. eiusdem vitæ.

(1) Eutropius in Breviar. VIII. de Traiano ait: » Gloriam militarem civilitate et moderatione su» peravit ».

(2) Recole Frontonis similem locum in Fragmento v. Libri I. *de Orationibus* p. 236.

(3) Ita *scæna* cum diphthongo non sine aliis antiquitatis exemplis.

neglegi: minus acribus stimulis congiaria, quam spectacula expeti: congiariis frumentariam modo plebem singillatim placari ac nominatim, spectacul(eis) universum . . . Quod . . . se oporteat. Namque ut famem . . . Neptunum Martemque mole(stias) illas sibi . . . est . . . arceant non . . . magis aut . . . avis (votum) . . . quam ludeis (1) spectaculorumque cærimonieis placarei (2). Ei rei (3) pompas et carpenta, et tensas, et exsuvias a maioribus dicatas, elephantos . . . populus romanus usus sit spectaculeis de(serti) . . . constrepi, aut linguis pluribus omina(ri). Hæc a me refutanda. . . . sunt . . . . ceterum . . . . . quid . . . . . litteris diserte ad significandum . . . . . compositis, ut qui facundiam inpenso studio . . . . .

(1) Ita Cod. *eis* pro *is* heic et inferius. Licet autem posterior manus fecerit *is*, antiquam scripturam nos expressimus.

(2) Ita Cod. *placarei*, at superius *placari*.

(3) Ita Codex videtur habere *ei rei* pro *ideo*, sive *ea re*. Confer Plautum Cistell. 1. 3. 36.

Fragmentum IV.

Sciret catafractos (1) equos similes esse beluis (2) piscibus, eas eludere alto mari cernuantis . . . . . . spectes, Lucius consiliorum sollertia longe . . . . . . magn(as personare) . . . . * . . . . . Equi lubrico instabiles, manus frigore inritæ, arcus imbribus enerbes (3) . . . Litteras ultro dederat, bellum, si vellet, condicionibus poneret (4). Dum oblatam pacem spernit barbarus, male mulcatus est. Ea

* *In margine:* De Parthorum belli more (5).

(1) Ita Cod. *catafractos* cum *f*.

(2) In antiquis monumentis scribitur *bellua* et *belua*. Cellarius autem in Orthographia p. 70. censet scribendum omnino *bellua* quia *bellum* Festus a *belluis* ducit. Atqui nos vidimus in clausula superioris Opusculi *belum* pro *bellum*. Ergo in integro controversia est.

(3) Ita Cod. pro *enerves*.

(4) Hæc de L. Vero dicuntur. Non solum autem litteras pacis conciliandæ causa ad barbaros Verus dederat, sed et sermones cum iis habuerat. Recole Epistulam II. Libri II. ad Verum p. 111.

(5) Periit pæne totus hic locus.

re dilucide patet, quanta Lucio cura insita sit militum salutis, qui gloriæ suæ dispendio redimere cupiverit pacem incruentam. Traiano suam potiorem gloriam in sanguine militum futuram, de ceteris eius studiis multi coniectant (1). Nam sæpe Parthorum legatos pacem precanteis dismisisse (2) inritos (3). Iustitiæ quoque et clementiæ fama apud barbaros sancta de Lucio: Traianus non omnibus æque purgatus. Regna fortunasque

---

(1) Hac in re Lucium iure Fronto supra Traianum extollit. Traianus enim, inquit Dio LXVIII. 17. *ἐστράτευσεν ἐπ' Ἀρμενίους καὶ Πάρθους, πρόφασιν μὲν ὅτι μὴ τὸ διάδημα ὑπ' αὐτοῦ εἰλήφει, ἀλλὰ παρὰ τοῦ Πάρθων βασιλέως ὁ τῶν Ἀρμενίων βασιλεύς· τῇ δ' ἀληθείᾳ δόξης ἐπιθυμίᾳ, bellum intulit Armeniis Parthisque, eo quidem nomine, quod rex Armeniorum non ab se, sed a rege Parthorum diadema accepisset: sed revera eam expeditionem suscepit gloriæ adductus cupiditate.* Victor quoque Epitom. XLVIII. 10. reprehendit in Traiano triumphandi cupidinem.

(2) Ita Cod. *præcanteis dismisisse.* Ego tamen abieci diphthongum τοῦ *præ.*

(3) De his legationibus ad Traianum loquitur Dio LXVIII. 17 - 18. Et Parthi quidem pacem rogantes Athenas usque Traiano obviam venerant.

suas in fidem Luci contulisse neminem pænituit: Traiano cædes Parthamasiri regis supplicis (1) haud satis excusata. Tametsi ultro ille vim cœptans, tumultu

(1) Parthamasirem Armeniæ regem a Traiano fuisse occisum affirmat hoc loco Fronto, tum Eutropius in Editione Basileensi anni 1532. p. 114. » Armeniam, quam occupaverant Parthi, recepit » Pharmatasire (dic Parthamasire) occiso qui eam » tenebat ». (Aliæ tamen Editiones Eutropii habent corruptissime Sarmato Syriæ, Sarmato rege, Pharnace Syro. Ita etiam Codices quinque Ambrosiani, quos consului, habent Farmatos Sirie, Sarmato Syrie, Forinato Siriæ, Farmatosiriæ). Confirmat et græca Eutropii Metaphrasis per Pæanium, ubi (etsi paulo perturbate et corrupte) legitur, τὸν Φατόσιριν ἀνελὼν, *Phatosire sublato*. Xiphilinus etiam in Excerptis Dionis LXVIII. 18. ait Παρθαμάσιριν δὲ τὸν Ἀρμενίων ἐτιμωρήσατο. Ait autem Salmasius ad Spartiani Hadr. p. 13. » Quod vero vir doctissimus (Casaubo- » nus) regem illum Armeniæ occisum non constare » ex Dione notat (ad eumdem Spartianum p. 11.) » cum Eutropius occisum esse scribat, non video » quomodo aliter liceat accipere verbum illud Dio- » nis (seu Xiphilini) ἐτιμωρήσατο ». Sed tamen in Fragmentis Dionis insertis iam Xiphilini Compendio paulo aliter res narratur: Parthamasirem scilicet venisse supplicem ad Traianum, ut sibi regnum precibus ab eo impetraret; quod quum non obtineret, immo se circumventum Romanorum armis videret, cœpisse furere et sese deceptum clamare.

orto, merito interfectus est, meliore tamen Romanorum fama impune supplex abisset, quam iure supplicium luisset. Namque talium facinorum causa facti latet, factum spectatur: longeque præstat secundo gentium rumore iniuriam neglegere, quam adverso vindicare. Bello Parthico utroque consulares viri duo exercitum utrique ducentes obtruncati: Severianus (1) quidem Lucio ab Urbe . . . . *

* *In margine:* Cuiusmodi sint hostes Parthi (2).

Tum a Traiano spoliatum quidem regno, sed dimissum incolumem. Iam hæc narratio cum Frontoniana in multis congruit: quod tamen attinet ad fatum Parthamasiri, Frontoni potior habenda fides est, qui et ait illud bellum sua memoria gestum, et numquam eam maculam, nisi veritas coegisset, impositurus erat Traiano L. Veri proavo, et in his ipsis *Principiis Historiæ* magnis laudibus celebrato.

(1) Severianus cum integra legione romana Elegiæ in oppido Armeniæ sub initiis Parthici belli interfectus est. Obtruncatum autem dicit Fronto, secus ac alii Scriptores, quos ridet Lucianus in Opere citato Capp. 21 et 25. quorum unus dixerat eum periisse inedia, alter scyphi vitrei fragmento sibi gurgulionem incidisse.

(2) Periit locus.

... pauculis diebus in fascis tene(ntur), illi in pannis sunt omnem ætatem. Itaque bonus ille Imperator ... venire captivos iubebat ... sint; ingratiis quid ego, quippe cui ... sin ... num me .... ais est ... Quod quis .... Piscibus in caudis, avibus in pinnis, anguibus serpendi vi.....

Fragmentum V.

Ubi primum magnum ducem resp. poposcit, omnibus Arpinati paupertate, aut Nursina duritia(1) ducibus bellicosior extitit .... Parthos romano sanguine inpiatos ..... visui .... orbant .... tranquillus .... oratoribus .... atque .... *

* *In margine*: Panegyricus Vologesi (2).

(1) Ita loquitur Fronto quia Arpinum Volscorum, Nursia Sabinorum in montibus exiguæ et pauperes civitates fuerunt. Et Nursini quidem rapis, quibus eos abundasse constat, vitam fere tolerasse videntur.

(2) Ita Cod. sine diphthongo, quod mallet Dausquius in Orthogr. Alibi tamen (Epist. IV. Lib. II.

.... Olim adversus Romanos intentum et infestum et instructum, bellis exercitatum ..... ab insidiis ..... ad omne facinus audendum præceps agebatur, nullo iam scelere quod atrocius auderet reliquo. Tum præterea ..... nodatum ..... bellum.... Ad hoc.... in bellum profectus est cum cognitis militibus hostem Parthum contemnentibus, sagittarum ictus post ingentia Dacorum falcibus inlata volnera (1) despicatui habentibus * (2).

* *In margine*: Parthorum sagittas militibus nostris post ingentia Dacorum falcibus inpacta vulnera contemnentibus.

---

ad Verum) scribitur cum diphthongo *Vologæsus*. Tota autem hæc periit Vologæsi laudatio, quam ideo Fronto adornaverat, ut eo eminentior Veri sui virtus videretur, quo præstantiorem hostem is vicisset. Secus fecerat ineptus ille huius belli merito a Luciano Cap. 14. exagitatus Scriptor, qui romanum Imperatorem Achilli, Persarum (seu Parthorum) regem Thersitæ comparaverat.

(1) Ita Cod. *volnera* in textu, at in margine *vulnera*.

(2) Hæc pertinent ad comparationem Traiani cum Vero. Traianus, inquit Fronto, profectus est ad

Multos militum Imperator suo quemque nomine proprio (1), atque castrensi cognomine (io)culari appellabat. Pigros . . . vel corniculo (2), vel (aureo), vel . . . partim . . . cuiusque . . . triumphus . . . Lucio milites aut dilectu novo tirones sumendi fuerunt, aut. . . et molli militia corrupti. Namque post. . . . propemodum. . . . Hadriano * principe regundis et facunde appellandis exercitibus suis inpigro, sed a summ . . . bellorum . . . Hadrianus provincias manu Traiani captas omittere maluit, quam exercitu retinere (3) Eius

* *In margine*: De Hadriano.

Parthicum bellum cum exercitu qui nuper Dacos devicerat; Lucio traditus est exercitus Syriaticus incuria et lascivia et otio diutino corruptus. Recole Epistulam IV. Libri II. ad Verum p. 117. et seqq.

(1) Confirmat de Traiano Plinius in Panegyrico p. 30.

(2) *Corniculum* doni militaris genus fuit, virtutis ergo conferri solitum.

(3) Confirmat Spartianus in Hadriano p. 4. A. B. » Deficientibus nationibus quas Traianus subegerat . . omnia (Hadrianus) trans Euphratem et » Tigrim reliquit ».

itinerum monumenta videas per plurimas Asiæ atque Europæ urbes, et regum . . . exercitus . . . suum . . . neminem umquam post . . . . . vidit . . . . nem(ine) apstinendo uni omnium romanorum principum Numæ * regi æquiperandus (1) . . .

Fragmentum VI.

Imperium populi romani ad flumina hostilia porrectum (2) . . . quamobrem . . . etiam tum iunioris decere . . . (qu)ominus ad trium*phum* ** . . . habitus. Quantum a

---

* *In margine*: Qualis Antoninus fuisset.
** *In margine*: Panegyricus Traiani imperatoris (3).

---

(1) Capitolinus de Pio in eius vita p. 25. A. scribit, fuisse eum in cunctis laudabilem, et qui merito *Numæ* Pompilio ex bonorum sententia compararetur. Immo Capitolinus ad hunc Frontonis locum fortasse respexit.

(2) Fructum belli Parthici a L. Vero confecti narrat Iamblichus apud Photium Cod. XCIV. in fine, » Vologæsum scilicet ultra Euphratem ac Tigrim » flumina victum fugisse: Parthorum vero regionem » in Romanorum ditionem concessisse ».

(3) Periit locus.

stipendiis ocii datum, in venando occupatus (1) .... Ne agrei (2) quidem forma prætereunda. Mare sævum inportuosum ... artes... honores... alter ... quamobrem... tilis bonos tem(et)... ri infecundus cælo terraque pænuria (aqua)rum .... salvo .... patiens laboris. Nec plerosque senectus ..... solvit. Nisi quod .... aut bestiis .... nam .... atem supersit .... Non inscii. .... in regnum .... animum intendit. Ipse acer, bellicosus, aliis quem .... bat quietus ...., unus .... nostro .... corpor .... quas omnis aut .... præpediebat. Patiens laborum, acri ingenio, satis providens

(1) Hoc de Traiano dictum videtur: nam de eo esse sermonem constat ex proxima notula marginis *Panegyricus Traiani imperatoris*. Et Traianum quidem a venandi studio non abhorruisse innuit Dio LXVIII. 7. Id autem Traiani exemplum non temere Fronto proposuit, sed ad excusandum, si fieri poterat, L. Verum, qui ut narrat Capitolinus in eius vita p. 54. D. » quum Oriens vastaretur, in Apulia » venabatur ».

(2) In textu *agrei*, tum deletâ deinceps *e* scriptum *agri* in margine.

belli . . . . *fort*i*s*simus contra . . . . et invidias. . . . deinde. . . . traditus a spu . . . consule . . . . * in bellis . . . . . prædator . . . . inperio . . . . Tibi natura . . . . . qui tum . . . . host(ium). . . . omnia . . . . sperent . . . . artes inper*andi* . . . . . honore summo . . . . quid. . . . Principia . . . cum pueri. . . . dum. . . . cum belli sollicitudo . . . . et mihi . . . . comminisci . . . in . . . parem. Nam . . . . præsen*ti* die minuunt . . . . immo non est . . . . gens. . . . . certum est . . . . . fratres . . . . ** cum . . . . human*um*. . . . tuo sem*per*. . . . *le*pida. . . mihi . . . . nam . . . . mole casu . . . . tui magnis. . . . venire . . . .

---

* *In margine* : Forma corrupti exercitus (1).

** *In margine* : Ordo regno*rum* ante Rom*am* (2).

---

(1) Periit locus.

(2) Periit locus.

FRAGMENTUM VII.

LIBERUM amanti est inculpatum silentium. Namque ceteri mortales præsenti die mentiuntur; Scribtorum mendacia tam culpam quam memoriam merent sempiternam . . . . Eorum profecto uberrima ingenia frustra fuissent, nisi magnificis se rebus scribendis occupassent: itemque nisi pro magnitudine rerum gestarum Scribtorum quoque ingenia congruerent . . . . * . . . . ** . . . .

---

* *In margine*: Homerum dicit (1).
** *In margine*: Xenophon hic sub Cyro stipendia voluntaria fecit (2).

---

(1) Periit locus de Homero.

(2) Periit locus de Xenophonte. Lucianus quidem in Opere laudato cap. 23. subsannat quosdam Scriptores huius Parthici belli, qui quod nullum Historiæ suæ prohœmium præposuissent, continuo suarum partium esse Xenophontem dictitabant, a quo sine

Herculi (1) erumnæ celebres, si (non re) etiam, disciplinæ (2) .... Enimvero fandi agendique laudibus longe præstantissimus omnium Cato Porcius .... In navium.... Deus al.... in.... tur tuendis eius ergo denominatus; ita Cato oppidatim statuis ornandus, qui primam latini nominis sobolem et italicarum originum pueritias inlustravit...... Ut magnis rebus gestis Historia non in diligenter scribta nonnihil studii et rumoris auctura sit, sicut ignem quantumvis magnum vel levis aura, si adflaverit,

---

ullo exordio cœptum est Opus *Cyrus minor* sic: *Δαρείου καὶ Παρυσάτιδος παῖδες γίγνονται δύο, Darii et Parysatidis filii nascuntur duo.* Sed omnino Lucianus Frontonem non irridet, cuius immo totum hoc Opus prohœmium est.

(1) Ita Cod. pro *Herculis.* Recole Fragmentum III. cum nota 1.

(2) Eadem fere est hæc sententia Frontonis *de Herculis erumnis*, atque illa Ciceronis *de Cyropædia* Xenophontis (Lib. I. Epist. I. ad Q. Fr.). » Cyrus » ille a Xenophonte non ad historiæ fidem scrip» tus, sed ad effigiem iusti imperii ».

adiuverit. Ubi primum Frater tuus (1) commentarium miserit, rem co-(piose) scribere adgrediemur, si tamen hoc quod gustui mittimus non displicebit (2). ..... Tantas res a te gestas, quantas et Achilles gessisse cuperet, et Homerus scribsisse .... laborationibus (3) .... his .....(rursus) vereor ne quando (taceo in solifundiis) ..... *concen*tibus et modis absonum quid modulatu et cantu cecinerim .....

*Com*parata siquis leget, seu Proavus (4) seu Pronepos (5) virtute præstare

---

(1) Hinc apparet, a Frontone hoc Opus PRINCIPIA HISTORIÆ scriptum fuisse ad M Aurelium Antoninum. Et de commentario quidem quem Fronto sibi a Vero mittendum expectabat, recole Epistulam VII. Libri I. ad Verum.

(2) Interea dum ipsa Historia Parthici belli conficeretur, misit Fronto hoc nobilissimum Scriptum, ut esset instar gustûs amplioris materiæ deinceps exhibendæ Sed enim eius promissi Operis Frontoniani nullum vestigium in Codice deprehendi.

(3) Nota vocabula *laboratio* et inferius *solifundium*: nisi forte secundo in loco legendum est *soli fundus*.

(4) Traianus.

(5) L. Verus.

videbitur, comparationis quidem discrimen in familiæ nomine permanebit (1).

·M· FRONTONIS

PRINCIPIA HISTORIÆ

Liber explicit.

Legi emendavi qui supra.

---

(1) Quoniam Traianus et Verus adoptionum iure in unam familiam coaluerant, hoc fere dicit Fronto: uter utri tandem præstare videbitur, gloria quidem omnis in eadem familia permanebit.

M· FRONTONIS
LAUDES
FUMI ET PULVERIS (1)

CÆSARI SUO (2) FRONTO

PLERIQUE legentium forsan rem de titulo contemnant, nihil serium potuisse fieri DE FUMO ET PULVERE. Tu pro

(1) Hæc nugalia se conscripsisse, et quidem magno studio et vigore adfirmat ipse Fronto in Epistula III. Alsiensi p. 188. Secutus est autem Fronto morem veterum Sophistarum, qui in paradoxis ingenium et artem ostentare gaudebant. Egestatem celebravit in Symposio etiam Xenophon Cap. IV. 29. et seqq. *Febris* item et *podagra* olim collaudatæ sunt. Frontoni ætate suppares Dio Chrysostomus *culicis*, Lucianus *muscæ*, et denique posterior Synesius *calvitii* laudes elaboraverunt. Iam in his ludicris, ut verbis Tullianis utar, *non quantum quidque prosit, sed quanti quidque sit, ponderandum est.* Ceterum huius elegantissimi Frontonis Opusculi magnam partem amisimus: superest tamen exordium pæne, ut videtur, integrum, in quo præcepta optima de his iocularibus conscribendis traduntur.

(2) Nempe M. Aurelio nondum Augusto.

tuo excellenti ingenio profecto existimavis (1) lusa sit opera an locata. Sed res poscere videtur de ratione scribendi pauca præfari: quod nullum huiuscemodi scriptum romana lingua extat satis nobile, nisi quod poetæ in comœdiis vel atellanis adtingerunt (2). Qui se in eiusmodi rebus scribendis exercebit, crebras sententias conquiret, easque dense conlocabit (3), et subtiliter coniunget, neque verba multa geminata supervacanea inferciet: tum omnem sententiam breviter et scite concludet. Aliter in orationibus iudiciariis, ubi sedulo curamus ut pleræque sententiæ durius interdum et incautius finiantur (4). Sed contra istic

(1) Ita Cod. pro *existimabis*.

(2) Ita Cod. pro *adtigerunt*. Sic Cicero in Orat pro *Tullio* Editionis principis Mediolanensis p. 27. habet *relinquisset* pro *reliquisset*.

(3) Sententiarum sive sensuum densitatem etiam in ludicris *de amore* Frontonis Scriptis commendat M. Aurelius (Epist. x. Libri I. ad Marcum p. 64-65.).

(4) Non abhorret ab hac doctrina Cicero, qui (*Orator* XII.) de lenociniis et pigmentis orationis *hæc*, inquit, *in veritate causarum et rarius multo facimus et certe occultius*.

laborandum, (ut) nequid inconcinnum vel hiulcum relinquatur. Quin omnia ut in tenui veste oris detexta, et revimentis (1) sint cincta. Postremo ut novissimos in epigrammatis versus habere oportet aliquid luminis, sententia clavi aliqua vel fibula terminanda est. In primis autem sectanda est suavitas. Namque hoc genus orationis non capitis defendendi, nec suadendæ legis, nec exercitus adhortandi, nec inflammandæ contionis (2) scribitur, sed facetiarum et voluptatis. Ubique vero ut de re ampla et magnifica loquendum, parvæque res magnis

---

(1) Ita perspicue Codex. Est autem *revimentum*, ut ex hoc loco apparet, *fimbria*. *Revimentum* explicatur in Glossario Philoxeni παραστροφή. In Lexico autem Cyrilli scribitur *redimentum*, sed mendose, ut exempla Frontonis et Glossarii Philoxeniani ostendunt. Et quidem in ipso Lexico Cyrilli παραστρέφω explicatur *rebio*, quod patet scriptum esse pro *revio*, a quo *revimentum*.

(2) Omittitur in Codice *causa*, idque studiose fecit Fronto Veterum de more sectator. Usus est hac brevitate sermonis Tacitus Hist. IV. 25. ad quem locum exempla quoque Plauti, Sallustii, Livii et Ulpiani a Lipsio laudantur.

adsimulandæ comparandæque. Summa denique in hoc genere orationis virtus est adseveratio (1). Fabulæ Deum vel Heroum tempestive inserendæ, item versus congruentes, et proverbia accommodata, et non inficete conficta mendacia, dum (2) id mendacium argumento aliquo lepido iuvetur* (3). Cum primis autem difficile est argumenta ita disponere, ut sit ordo eorum rite conexus (4). Quod ille Plato Lusiam culpat in Phædro (5), sententiarum ordinem ab eo ita temere permixtum,

* *In margine:* Mendacium argumento aliquo lepido iuvandum.

(1) Nempe serii negotii adsimulatio.

(2) *Dum* pro *dummodo.*

(3) Sic Cicero *de Oratore* II. Cap. LIX. ait, facetum orationis genus mendaciunculis esse adspergendum.

(4) Ita Cod. *conexus*, ut alibi *conisus*.

(5) V. Editionem Serrani ann. 1578. Tom. 3. p. 264. Non tamen reprehendit Plato generatim Lysiæ scripta, sed Orationem quamdam illius amatoriam (nunc deperditam), de qua sermo multus in Phædro est.

ut sine ullo detrimento prima in novissimum locum transferantur et novissima in primum. Eam culpam ita devitabimus, si divisa generatim argumenta nectemus, non sparsa nec sine discrimine aggerata, ut (ea) quæ per saturam feruntur (1), sed ut præcedens sententia in sequentem laciniam aliquam porrigat et oram prætendat *. Ubi prior sit finita sententia, inde ut sequens ordiatur: ita enim transgredi potius videbimur, quam transilire. Verum hi non . . . Variatio vel cum detrimento aliquo gratior est in oratione, quam recta continuatio . . . . ria austere formanda . . . . dicenda . . . Modo

---

* *In margine*: Præcedens sententia in sequentem debet particulam . . . . quod amabitur, si argumenta nectantur.

---

(1) *Satura* (inquit Paulus) et cibi genus dicitur ex variis rebus conditum: et lex multis aliis conferta legibus: et genus carminis, ubi de multis rebus disputatur.

dulce illud incorruptum sit et pudicum Tusculanum et Ionicum, id est Catonis (1) et Herodoti . . . . In omni re facilius est rationem docendi nosse, quam vim agendi obtinere . . . est multus . . . sic est qui . . . sicuti bene velle ac bene precari, quæ res voce animoque sine opibus (2) perpetrantur. Igitur ut quisque se benignissimum præstabit, ita is plurimos laudabit. Nec tantum eos quos alii quoque laudibus ante decoraverint, verum conquiret Deos et homines a ceterorum laudibus relictissimos, ibique signum benignitatis expromet. Ut agricola agrum intactum si conserat, laboriosus est: sacerdos si apud fanum desertum et avium sacrificet, religiosus est.

---

(1) Catonis tamen eloquentiam vellicat Fronto in Fragm. I. Lib. II. *de Orationibus*. Ipse Tullius in *Bruto* XVIII. de Catone ait : » Nec vero ignoro » nondum satis esse politum hunc oratorem, et » quærendum esse aliquid perfectius ».

(2) In margine pro *opibus* scribitur *opere*, sed recentiore manu.

Laudabo igitur Deos infrequentes quidem a laudibus, verum in usu cultuque humano frequentissimos, FUMUM ET PULVEREM, sine quis neque asæ (1) neque foci, nec viæ, quod volgo aiunt, nec semitæ usurpantur. Quod siquis hoc primum ambigit, habendusve (2) sit FUMUS in numero Deorum; cogitet ventos quoque in Deum numero haberi, quæque sunt FUMO simillimæ, nebulas nubesque putari Deas, et in cælo conspici: et, ut poetæ ferunt (3), amiciri Deos nubibus: et Iovi Iunonique cubantibus nubem ab arbitris obstitisse (4).

---

(1) *Asa* pro *ara* dixerunt Veteres. Vide Gellium IV. 3. Macrobium Saturn. III. 2. Servium ad Æneid. IV. 219.

(2) *Ve* pro *an* aut *ne*, cuiusmodi alia occurrunt exempla.

(3) Horatius Od. 2. Lib. I.

. . . . . venias, precamur,
Nube cadentes humeros amictus,
Augur Apollo.

(4) Iliad. ξ. 350-351.

Quod*que* nunc (1) divinæ naturæ proprium est, nec FUMUM manu prehendere nec solem (2) queas, neque vincire, neque verberare, neque, vel minimum rimæ si deposcat, excludere . . . .
. . . .

(1) Ita Cod. *nunc.*
(2) Ita Cod. *solem.*

·M· FRONTONIS

LAUDES NEGLEGENTIÆ

Agitavi LAUDES NEGLEGENTIÆ conscribere, quas cur nondum conscribserim, ut res est, id quoque neglego .... * .... Nam qui nimis anxie munia conficiunt, parum amicitiæ confidunt .... temperantia coercetur. Volgo etiam laudata indulgentia promptam peccatis hominum veniam dare: nisi delicta facile intellegas (1) parum clementer indulgeas. Quod autem quis intutam et expositam periculis NEGLEGENTIAM putet, mihi omne contra videtur multo: multoque diligentiam magis periculis obnoxiam esse. Namque NEGLEGENTIÆ

* *In margine*: Laudes Neglegentiæ.

(1) Ita Cod. *intellegas*, sed videtur scribendum *neglegas*.

haud quisquam magno opere insidias locat, existimans etiam sine insidiis semper et ubique et ubi libeat neglegentem hominem in proclivi fore fallere. Adversus diligentis vero et circumspectos et exsultantis opibus fraudes et captiones et insidiæ parantur. Ita ferme NEGLEGENTIA contemptu tutatur, diligentia astu oppugnatur. Et erratis NEGLEGENTIA venia paratior datur, et benefactis (1) gratiis gratia habetur. Nam præter opinionem gratum est, ceterarum rerum indiligentem, benefacere in tempore haud neglexisse. Iam illud a poetis sæculum aureum memoratum, si cum animo reputes, intellegas NEGLEGENTIÆ sæculum fuisse *. Cum ager neglectus fructus uberes ferret, omniaque utensilia neglegentibus nullo negotio suppeditaret. Hisce argumentis

* *In margine:* Sæculum illud aureum, sæculum Neglegentiæ fuit.

(1) Codex *befactis*, at inferius idem *benefactis*.

NEGLEGENTIA bono genere nata, Dis accepta, sapientibus probata, virtutum particeps, indulgentiæ magistra, tuta ab insidiis, grataque benefactis, excusata ingratis, et ad postremum aurea declaratur (1) . . . . de Favorini (2) nostri pigmentis fuci quisnam appingeret? (Vide)licet, ut quæque mulier magis facie freta est, ita facilius cutem et capillum neglegere. Plerisque autem ut sese magnopere exornent, diffidentia formæ diligentiæ inlecebras creari. Myrtum buxumque ceteraque tonsilia arbusta atque virgulta summa diligentia et studio radi, rigari, comi solita; humi reptare, aut ibidem haud procul a solo cacumina erigere: at illas intonsas abietes, neglectasque piceas caput æmulum nubibus abdere. Non æque diligentes ad quærendum victum et comparcendum cibum

(1) Ex horum capitum recensione cognoscimus quanta pars Operis desideretur.

(2) Pigmentarium quemdam designat Fronto.

leones, ut formicas esse. Texendi vero araneas diligentiores esse, quam Penelopem vel Andromacham (1). Et omnino tenuibus ingeniis, et .... hoc .... quas .... neve ob .... et voluntaris (2) .... quod vel præcipuum .... amicitias .... diligentiam interdum .... Deos .... cui res .... non expro .... Quota, oro te, portio Lucullanæ. ... cæsum aureo ....

(1) Tela Penelopes notissima est. De Andromachæ autem laboribus textrinis V. Iliad. ζ 491. χ. 440. et seqq. nec non Æneid. III. 483. et seqq.

(2) Ita Cod. pro *voluntariis*.

·M· FRONTONIS

ARION (1)

ARION Lesbius, proinde quod (2) Græcorum memoria est, cithara et dithyrambo primus, Corintho, ubi frequens (3) incolebat, secundum quæstum profectus, magnis divitiis per oram Siciliæ atque Italiæ paratis, Corinthum Tarento regredi parabat. Socios navalis Corinthios potissimum delegit, eorum navem audacter re bona maxime onerat. Nave in altum provecta cognovit socios, qui veherent, cupidos potiri, necem sibi

(1) Arionis fabulam narrant Herodotus in Clio 23-24. Hyginus Fab. 194. Gellius XVI. 19. Libanius in Excerptis variis ab Allatio Romæ editis p. 70. Servius ad Virg. Ecl. VIII. 56. Addatur iam Fronto, qui Herodotum fere sequitur. Est autem hoc Opus omnino distinctum a ceteris Frontonianis: nam titulus ·M· FRONTONIS ARION spatiosis litteris scribitur tum in fronte tum in calce Operis.

(2) Nota loquutionem *proinde quod*.

(3) Cod. pro *frequens* habet *sequens*.

machinari. Eos precibus (1) fatigat, aurum omne (2) sibi haberent, unam sibi animam sinerent. Postquam id frustra orat, aliam tamen veniam impetravit, in exitu vitæ quantum posset cantaret. Id prædones in lucro ducere præter spolia summum artificem audire, cuius vocem præterea nemo umquam post illa autscultaret (3). Ille vestem induit auro intextam, itemque citharam insignem: tum pro puppi aperto maxime atque edito loco constitit. Sociis inde consulto per navem ceteram dispersis, ibi Arion studio inpenso cantare orditur scilicet mari et cælo artis suæ supremum commemoramentum. Carminis *in* (4) fine cum verbo in mare desilit: delphinus excipit, sublimem avehit, navi prævortit, Tænaro exponit, quantum delphino fas est,

(1) Cod. *præcibus*, et inferius *depræcari*.

(2) Cod. *omnes*, sed puto *s* vocis sequentis mendose duplicatam.

(3) Ita Cod. *autscultaret*. Confer superius p. 297.

(4) Videbatur addenda præpositio *in*.

in extimo litore. Arion inde Corinthum proficiscitur, et homo et vestis et cithara *et* vox incolumis. Periandrum regem Corinthium, cui per artem cognitus acceptusque diu fuerat, accedit: ordine (1) memorat rem gestam in navi et postea in mari. Rex homini *vix* (2) credere, miraculo addubitare (3), navem et socios navalis dum reciperent (4) opperiri. Postquam cognovit portum invectos, sine tumultu accipi iubet: vultu comi, verbis lenibus percontatur numquidnam super Arione Lesbio comperissent? Illi facile respondent, Tarenti vidisse fortunatissimum mortalem, secundo rumore (5)

(1) Cod. *ordinem.* Recole n. 2. paginæ præcedentis.

(2) Addidi *vix.* Nam et Herodotus ait, regem Arioni fidem non adiunxisse.

(3) Eodem sensu quo Accius apud Nonium Cap. 2. n. 808. ait: *metu aut segnitate addubitare.* Secus diceretur, *de miraculo addubitare.*

(4) Ita Cod. pro *se reciperent.* Licet enim omittere *τὸ se.*

(5) Deinceps fabula Arionis ægre in Codice legitur: quare et aliquot locos omnino deletos explevi, distinctâ tamen de more litterarum formâ.

populorum florere, in pretioque esse, *cithara* cantare. Quar*e* diutius amore atque lucro et laudibus retineri. Cum hæc ita dicerent, Arion inrupit *ita ut delphino vectus ante regem* steterat, cum veste auro intexta et cithara insigni. Prædones inopino *visu* Arionis terreri, cum (1) neque quicquam post illa negare, aut non credere aut deprecari ausi sunt. Delphini facinus *statua ad Tænarum conlocata testatur. Etenim* visitur, delphino residens homo, parva figura, (atque ut) *sit* argumento magis, quam simulacro composita.

·M· Frontonis

ARION

explicit.

Legi emendavi qui supra.

(1) Ita Cod. *cum*, videlicet pro *quod* vel *tum*.

·M· FRONTONIS

EPISTULARUM GRÆCARUM

LIBER

CUM EDITORIS INTERPRETATIONE

AD EPISTULAM I. GRÆCAM

EDITORIS MONITUM

Hoc nobilissimo Scripto Alumnum suum Fronto a puerorum amoribus vehementer absterret. Providentissime id quidem. Nam Principes M. Aurelii decessores Traianus proavus et Hadrianus avus male mehercule hac in parte audierant: cuius rei Iulianus in *Cæsaribus*, Dio, aliique Scriptores testes sunt. Antoninus quoque Pius Marci pater adoptivus emendasse utique, sed tamen non omnino vitasse hanc labem videtur. Ait enim M. Aurelius (*de rebus suis* I. 16.) eum παῦσαι τὸ περὶ τοὺς ἔρωτας τῶν μειρακίων, *a puerorum amoribus destitisse.* Nequid dicam de loco obliquo Iuliani in *Cæsaribus*, in quo Petavius quidem et Tillemontius Pii pudicitiæ maledictum existimant. Quin ipse Marcus, in prima adolescentia, eius flagitii illecebris saltem commotum se fuisse testatur (*de rebus suis* I. 17.) Diis acceptum referens τὸ μήτε Βενεδίκτης ἅψασθαι μήτε Θεοδότου, ἀλλὰ καὶ ὕστερον ἐν ἐρωτικοῖς πάθεσι γενόμενον ὑγιᾶναι, *quod neque cum Benedicta, neque cum Theodoto consuetudinem habuisset, sed et postea ex affectibus amatoriis, quibus correptus fuerat, resipuisset.* Ceterum M. Aurelius sanctissimus Principum romanorum evasit, quam ei laudem cum omnium temporum testimonium, tum ipse Fronto tribuit (in Epistula VIII. Lib. I. ad Marcum), ubi eum honestissima appellatione proclamat DECUS MORUM.

Tres autem ait Fronto se Marco scripsisse huiusmodi Epistulas. Primam per Lysiam Cephali: quem locum ut intelligamus, revocandus est in memoriam Platonis *Phædrus* (seu *Phæder* ut scribit Marcus superius p. 65.), in quo Opere prolixe exponitur Lysiæ Oratio (nunc deperdita) cuius argumentum fuit: ὡς χαριστέον μὴ ἐρῶντι μᾶλλον ἢ ἐρῶντι, *potius esse ei gratificandum qui non amat, quam ei qui amat.* Eam igitur Lysiæ Orationem imitatus erat Fronto primâ illâ Epistulâ, quam se recepisse confirmat Marcus (in Epist. x. Lib. I. ad Marcum), qui et eiusdem propositum his verbis indicat: *quo tu tam variis tamque vehementibus sententiis adprobaris, minus amantibus magis opitulandum ac largiendum esse.*

Alteram Epistulam se scripsisse ait Fronto per Platonem. Plato quidem in *Phædro* illam Lysiæ Orationem valde exagitat: quare et Philostratus in Epistula VI. ait; Τὸ μὲν μὴ ἐρῶντι χαρίζεσθαι, Λυσίου δόξα· τὸ δὲ ἐρῶντι, δοκεῖ Πλάτωνι, *largiendum esse ei qui non amat, Lysiæ erat opinio; amanti largiendum, videbatur Platoni*. Tum in *Symposio* magnis laudibus amorem extollit Plato. Itaque suspicor hanc secundam Epistulam scriptam esse a Frontone contrariam primæ, Sophistarum morem secuto, quibus huiusmodi contradictiones mirabiliter placuerunt. Vide et quæ dicimus in extrema parte Moniti ad Epistulam IV. græcam. Ad honestum autem amorem sine dubio Alumnum suum hortatus est Fronto, cuiusmodi amor sæpe apud Platonem describitur. Immo sicui placeat opinari, eam quoque platonicam Frontonis Epistulam scriptam fuisse adversus amorem, id fundamento non caret: nam Plato quidem turpes et absurdos amores vehementer insectatur in *Phædro* et in *Legibus*.

Prima Epistula sine dubio intercidit. Quod ad secundam attinet, consideranda sunt quæ nos infra disserimus in Monito ad quartam. Tertia superest hæc, licet et ipsa mutila, quam facimus primam huius Libri græcarum. Hanc autem ceteris fuisse prolixiorem Fronto asserit: immo et præstantissimam arbitror ab eo iudicatam, siquidem hanc designasse videtur Fronto, cum ad M. Aurelium scripsit (Epist. IX. Lib. I. ad Marcum p. 62.) græce se aliquid compegisse, quod, ut æque pauca a se scripta placeret.

Quod autem ait, se tertiam hanc Epistulam scribere per hominem peregrinum, sermone quidem pæne barbarum, sententia tamen, ut existimat, non plane insipientem; mihi quidem videtur se ipsum Fronto denotare, Numidam videlicet hominem, et in græca litteratura pæne peregrinum (qualem ipse se dicit in Epistula II. græca et in calce Epistulæ I. Libri I. ad Marcum); sententia denique seu mente non insipientem, quod item de se innuit in Epistula II. græca, quo loco Matrem Cæsaris rogat, ut suæ Epistulæ non tam verba quam verborum notionem spectare velit.

Ceterum, etsi tertiam hanc Epistulam dicit Fronto suo se nomine scribere, Platonis tamen *Phædrum* et Xenophontis *Symposium* hac quoque magnopere imitatus est. His autem Frontonis Scriptis laudem meritam tribuit ipse Marcus Aurelius (in Epistula X. Libri I. ad Marcum) quo loco dicit, Frontonem *multo placentis illos sibi et provocantis Atticos antevenisse*.

·M· ΦΡΟΝΤΩΝΟΣ
ΕΠΙΣΤΟΛΩΝ ΕΛΛΗΝΙΚΩΝ
ΒΙΒΛΟΣ

I. »ΜΑΡΚΩΙ ΠΑΡΑ ΦΡΟΝΤΩΝΟΣ» (1)

Ω ΦΙΛΕ ΠΑΙ, *τρίτον ἤδη σοι τοῦτο περὶ τῶν αὐτῶν ἐπιστέλλω, τὸ μὲν πρῶτον διὰ Λυσίου τοῦ Κεφάλου, δεύτερον δὲ διὰ Πλάτωνος σοφοῦ, τὸ δὲ τρίτον διὰ τοῦδε τοῦ ξένου ἀνδρὸς, τὴν μὲν φωνὴν ὀλίγου δεῖν βαρβάρου, τὴν δὲ γνώμην, ὡς ἡγοῦμαι, οὐ πάνυ ἀξυνέτου. Γράφω δὲ νῦν οὐδέν τι τῶν πρότερον γεγραμμένων ἐφαπτόμενος. Μηδὲ ἀμελήσῃς τοῦ λόγου ὡς παλιλλογοῦντος. Εἰ δὲ δόξει τῶν πρότερον διὰ Λυσίου καὶ Πλάτωνος ἐπεσταλμένων πλείω τάδε εἶναι, ἔστω σοι τεκμήριον, ὡς εὔλογα ἀξιῶ, ὅτι οὐκ*

---

(1) Supplevi inscriptionem. Namque hanc Epistulam seu Dissertationem scriptam esse ad Marcum, constat ex iis quæ in Monito dixi. Tum ipsa Epistula in Codice pars est Libri I. Epistularum

·M· FRONTONIS

EPISTULARUM GRÆCARUM

LIBER

» FRONTONIS AD MARCUM »

Tertiam hanc, care Puer; eiusdem argumenti ad te Epistulam do. Nam primo scripsi per Lysiam Cephali, iterum per Platonem sapientem, tertio denique tibi nunc scribo per hunc peregrinum hominem, sermone quidem pœne barbarum, sententia tamen, ut puto, non plane insipientem. Scribo autem nihil ex ante perscriptis attingens. Neque tu profecto mea dicta negliges, quasi crambem recoxerim. Quod si hœc Epistula prolixior iis, quas antea per Lysiam et Platonem misi, videbitur; hoc tibi argumento erit, ut iure censeo, verba mihi non deesse. Nunc igitur,

---

ad Marcum. Exemplum autem græci tituli sumpsi ab Epistula VII. græca, quæ in Codice inscribitur ΑΠΠΙΑΝΩΙ ΠΑΡΑ ΦΡΟΝΤΩΝΟΣ.

ἀπορῶ λόγων. Προσέχοις δ' αν ἤδη τὸν νοῦν, εἰ καινά τε ἅμα καὶ δίκαια λέγω.

Ἔοικας, ὦ Παῖ, πρὸ τοῦ λόγου παντὸς βούλεσθαι μαθεῖν, τὶ δή ποτε γὲ μὴ ἐρῶν ἐγὼ, μετὰ τοσαύτης σπουδῆς γλίχομαι τυχεῖν ὧνπερ οἱ ἐρῶντες (1); Τοῦτο δὲ σοὶ φράσω πρῶτον ὅπως τε ἔχει. Οὐ μὰ Δία πέφυκεν ὁρᾷν ὀξύτερον (2) οὑτοσὶ ὁ πάνυ ἐραστὴς (3), ἐμοῦ τοῦ μὴ ἐρῶντος· ἀλλ' ἐγώ τε τοῦ σοῦ κάλλους αἴσθομαι οὐδενὸς ἧττον τῶν ἄλλων· δυναίμην δ' ἂν εἰπεῖν ὅτι τούτου καὶ πολὺ ἀκριβέστερον. Ὥσπερ (4) δὲ ἐπὶ τῶν

---

(1) Conferendus Plato in *Phædro* Editionis Serrani per H. Stephanum an. 1578. (qua nos semper utimur) Tom. III. p. 230. E - 231. A.

(2) Plato in *Phædro* p. 233. B.

(3) Vix crederemus fuisse Marcum iuvenili aliqua cupiditate reapse irretitum, nisi ipsemet, ut superius dixi in Monito, fassus esse videretur, testatus simul et promptum reditum ad bonam frugem. Ceterum vel Fronto sponte fingit personam eiusmodi, ut doctrinæ suæ opes commodius pleniusque explicare possit; vel si revera puer Marcus aliquo eius generis morbo laborabat, optimam ei medicinam hac certe Epistula Fronto præceptor comparavit.

utrum nova et æqua dicam, quæso animum adverte.

Iam, ut puto, illud in primis scire voles, o Puer, cur nam ego qui minime sum amasius, tanto studio eadem, quæ amasii, consequi appetam? Hoc igitur primum, quomodo se habeat, edisseram. Non mehercule hic, qui plane te deperit, acutius videt quam ego, qui amore non sum correptus: sed pulchritudinem tuam non minus ego sensu percipio, quam ceteri; immo perfectius, iure addam, amatore tuo. Sicuti autem tum iis

---

(4) Cod. ΟΠΕΡ. Et scriptura quidem Codicis litteris quadratis et splendidissimis constat, sine ulla recentioris orthographiæ nota, immo ne verbis quidem divisis: cuius rei, specimine ære excuso, fidem nos fecimus. Sed ne insolens tamen Editio nostra videretur, litteras in textu communes expressimus, additis etiam accentibus atque spiritibus, nec non iota vocalibus, ubi opus erat, subiecto. Ceterum siquando lectiones Codicis mendosas aut vix certe probabiles exhibere in notis opus erat, visum est litteris maioribus uti, tum omnem accentuum atque spirituum rationem omittere, ut ipsos Codicis locos sincerius quodammodo Lectorum oculis repræsentaremus.

πυρεττόντων καὶ τῶν εὖ μάλα ἐν παλαίστρᾳ γυμνασαμένων ὁρῶμεν οὐκ ἐξ ὁμοίας αἰτίας ταυτὸν συμβαίνειν· διψῶσιν μὲν γὰρ ὁ μὲν ὑπὸ νόσου, ὁ δὲ ὑπὸ γυμνασιῶν· τοιάνδε τινὰ καμοὶ. (1) . . . .

. . . . λειτόν τε ἅμα καὶ ὄλισθον. Ἀλλ' οὐκ ἐμοί γε ἐπ' ὀλέθρῳ προσίῃς (2) οὐδὲ ἐπὶ βλάβῃ τινι ὁμιλήσεις, ἀλλ' ἐπὶ παντὶ ἀγαθῷ (3). Καὶ ὠφελοῦνται γὰρ καὶ διασώζονται οἱ καλοὶ ὑπὸ τῶν μὴ ἐρώντων μᾶλλον, ὥσπερ τὰ φυτὰ ὑπὸ τῶν ὑδάτων. Οὐ γὰρ ἐρῶσιν οὔτε πηγαὶ οὔτε ποταμοὶ τῶν φυτῶν, ἀλλὰ παριόντες οὕτω δὴ καὶ παραῤῥέοντες (4) ἀνθεῖν αὐτὰ καὶ θάλλειν παρεσκεύασαν. Χρήματα δὲ τὰ μὲν ὑπ' ἐμοῦ διδόμενα, δικαίως ἂν καλοίης δῶρα· τὰ δ' ἐκείνου, λύτρα (5). Μάντεων δὲ παῖδες φασὶν καὶ τοῖς θεοῖς ἡδείους εἶναι τῶν θυσιῶν τὰς

(1) Non modicam suspicor hanc lacunam: duæ certe paginæ interciderunt. Videtur autem hoc loco Fronto falsas pulchri definitiones refutavisse, quod facit et Plato in *Hippia maiore*: tum fortasse illud summum defæcatumque pulchrum constituisse, de

qui febri œstuant, tum iis qui sese in palæstra exercuerunt, non eadem de causa idem accidere videmus; sitiunt enim illi quidem a morbo, hi ab exercitio; parem et mihi (1) . .

. . . .

. . . . *simul et lapsum. Neque vero ad me cum tua pernicie aut cum aliquo detrimento accedes, sed cum omni utilitate mecum versaberis. Nam et iuvari potius servarique pulchri solent a non amantibus, ut plantæ ab aquis. Neque enim amant seu scatebræ seu fluvii plantas, sed prope cursu labentes rigantesque, florere eas ac virescere faciunt. Iam et opes a me collatas, iure dona appellaveris, ab illo autem tributas, pretium. Atqui vates aiunt, Diis quoque iucundiora esse sacrificia quæ grati animi, quam*

---

quo Plato in *Symposio* p. 210-211. peracute et subli-miter disputat.

(2) Cod. ΠΡΟΣΕΙ.

(3) Confer, si placet, quæ Socrates disserit in *Symposio* apud Xenophontem toto Capite octavo.

(4) Cod. ΠΑΡΑΡΕΟΝΤΕΣ.

(5) Plato in *Phædro* p. 231. A. B.

χαριστηρίους, ἢ τὰς μειλιχίους· ὧν τὰς μὲν οἱ εὐτυχοῦντες ἐπὶ φυλακῇ καὶ κτήσει τῶν ἀγαθῶν· τὰς δὲ οἱ κακῶς πράττοντες ἐπὶ ἀποτροπῇ τῶν δεινῶν θύουσιν. Τάδε μὲν περὶ τῶν συμφερόντων σοί τε, κἀκείνῳ ὠφελίμων εἰρήσθω.

Εἰ δὲ τοῦτο δίκαιόν ἐστιν τυχεῖν τῆς παρὰ σοῦ βοηθείας.. ἐρείσω.. σὺ τοῦτο.. αὐτῷ πονερῷ.. δὲ τεκτηνῶ καὶ μηχανήσω τὰς θεττα.. μὲν.. ων.. ἐρᾷς δὲ πα.. εἶπε.. τοτα κον..(Πα)ναίτιος.. τινὸς.. διὰ τὴν.. αὐτῶ.. κατα.. κο.. (1) πλὴν εἰ μή τι ὀφθεὶς ἠδίκηκας. Μὴ ἀγνόει δὲ, καὶ ἀδικηθεὶς αὐτὸς καὶ ὑβριζόμενος οὐ μετρίαν ἤδη ταύτην ὕβριν, τὸ ἅπαντας εἰδέναι τε καὶ φανερῶς οὕτως διαλέγεσθαι ὅτι σου εἴη ὅδε ἐραστής· φθάνεις δὲ, καὶ πρὶν τὶ τῶν τοιῶνδε πρᾶξαι, τοὔνομα τῆς πράξεως ὑπομένων. Καλοῦσιν οὖν σε οἱ πλεῖστοι τῶν πολιτῶν τὸν τοῦδε ἐρώμενον. Ἐγὼ δέ σοι διαφυλάξω τοὔνομα καθαρὸν καὶ ἀνύβριστον. Καλὸς γὰρ, οὐχὶ ἐρώμενος τό τε κατ᾽ ἐμὲ ὀνομασθήσει (2). Εἰ δὲ τούτῳ ὡς

(1) Lacuna undecim pæne versuum, e qua superiora verba abrupta eruimus.

quæ placamenti causa offeruntur. Nam illa quidem homines beati ob bonorum tutelam et conservationem, hæc miseri ob malorum propulsationem exhibent. Hactenus de iis, quæ tibi illique expediunt, dictum esto.

Quod si æquum est auxilium abs te consequi . . . fulciam . . . tu hoc . . . ipsi malo . . . struam et moliar . . . amas . . . dixit . . . (Pa)nætius . . . . . cuiusdam . . . . propter . . . . . ipsi . . . . nisi forte manifeste iniurius fuisti. Ne illud quidem ignorare te velim, tibi scilicet non modicam iniuriam et noxam inferri, quum omnes homines sciant palamque dicant, hunc esse tui amatorem: atque in antecessum, et priusquam huiusmodi quid peragas, famam facti sustineas. Dicunt te igitur plerique cives huius amasium. Ego autem purum tibi nec iniuriosum nomen servo. Nam, quod ad me attinet, pulcher non amasius vocaberis. Quod si tuus amator hoc

(2) Ita attice pro ΟΝΟΜΑΣΘΗΣΗΙ.

δικαίῳ τινὶ χρήσεται, ὅτι μᾶλλον ἐπιθυμεῖ (1), ἴστω ὅτι οὐκ ἐπιθυμεῖ μᾶλλον ἀλλὰ ἰταμώτερον. Τὰς δὲ μυίας καὶ τὰς ἐμπίδας μάλιστα ἀποσοβοῦμεν καὶ ἀποθούμεθα ὅτι ἀναιδέστατα καὶ ἰταμώτατα ἐπιπέτονται. Τοῦτο μὲν οὖν καὶ τὰ θήρια ἐπίσταται φεύγειν μάλιστα πάντων τοὺς κυνηγέτας, καὶ τὰ πτηνὰ τοὺς θηρευτὰς (2). Καὶ πάντα δὴ τὰ ζῷα (3) τούτους μάλιστα ἐκτρέπεται τοὺς μάλιστα ἐνεδρεύοντας καὶ διώκοντας.

Εἰ δέ τις οἴεται ἐνδοξότερον καὶ ἐντιμότερον εἶναι τὸ κάλλος διὰ τοὺς ἐραστὰς, τοῦ παντὸς διαμαρτάνει. Κινδυνεύετε μὲν γὰρ οἱ καλὸι, περὶ τοῦ κάλλους, τῆς ἐς τοὺς ἀκούοντας πίστεως, διὰ τοὺς ἐρῶντας. Δι' ἡμᾶς δὲ τοὺς ἄλλους βεβαιότεραν τὴν δόξαν κέκτησθε. Εἰ γοῦν τῶν μηδέ πως ἑσωρακότων πυνθάνοιτο, ὁποῖός τις εἴη τὴν ὄψιν, ἐμοὶ μὲν ἂν πιστεύσῃ ἐπαινοῦντι, μαθὼν ὅτι οὐκ ἐρῶ·

(1) Plato in *Phædro* p. 231. C.
(2) Cod. ΘΙΗΡΕΥΤΑΣ.
(3) Ita Cod. cum I ΖΩΙΑ.

quasi iure utetur, quod te nimirum vehementius concupiscat; scias eum non tam vehementius concupiscere, quam protervius. Iamvero muscas et culices vel ideo maxime arcemus ac dispellimus, quod impudentissime ac importunissime advolant. Quare et feræ noverunt fugere omnium maxime venatores, et aviculæ aucupes. Et cuncta plane animalia eos maxime vitant, quos insidiosissimos et persequentissimos sciunt.

Quod siquis putat pulchritudinem ab amatoribus illustriorem reddi atque honoratiorem, vehementer is errat. Nam vos profecto, o formosi, in periculum venitis, ne pulchritudinis vestræ fides nulla sit, propter ipsos scilicet amatores: propter nos autem, qui ab amore alieni sumus, firmiorem opinionem obtinetis. Siquis igitur, qui numquam in conspectum venerit, roget quali forma sit aliquis præditus, mihi quidem laudanti credet, quum sciat me non amare;

τῷ δὲ ἀπιστήσῃ, ὡς οὐκ ἀληθῶς ἀλλ' ἐρωτικῶς ἐπαινοῦντι. Ὅσοις μὲν οὖν λώβη τις σώματος καὶ αἶσχος καὶ ἀμορφία πρόσεστιν, εὔξαιντο ἂν εἰκότως ἐραστὰς αὐτοῖς γενέσθαι· οὐ γὰρ ἂν ὑπ' ἄλλων θεραπεύοιντο, ἢ τῶν κατ' ἐρωτικὴν λύτταν καὶ ἀνάγκην προσιόντων. Σοὶ (1) δ' ἐν τῷ τοιῷδε κάλλει οὐκ ἐσθ' ὅτι καρπώσει πλέον ὑπ' ἐρώτος. Οὐδεν γὰρ ἧττον δέονται σοῦ οἱ μὴ ἐρῶντες. Ἀχρήϊοι δὲ οἱ ἐρασταὶ τοῖς ὄντως καλοῖς οὐδὲν ἧττον, ἢ τοῖς δικαίως ἐπαινουμένοις ἀρετῇ καὶ δόξᾳ καὶ τιμῇ οἱ κόλακες. Κέρδος δὲ καὶ κόσμος θαλάττῃ (2) μὲν ναύται καὶ κυβερνῆται καὶ τριήραρχοι καὶ ἔμποροι καὶ οἱ ἄλλως πλέοντες· οὐ μὰ Δία δελφῖνες, οἷς ἀδύνατον τὸ ζῆν ὅτι μὴ ἐν θαλάττῃ. Κάλλους δὲ ἡμεῖς θ' οἱ (3) τηνάλλως ἐπαινοῦντες καὶ ἀσπαζόμενοι, οὐχὶ ἐρασταὶ, οἷς ἀβίωτον ἂν εἴη ἐστερημένοις (4)

(1) Cod. ΣΥ.

(2) Cod. ΟΥΔΕΝ ΗΤΤΟΝ Η ΤΟΙΣ ΔΙΚΑΙΩΣ ΕΠΑΙΝΟΥΜΕΝΟΙΣ ΟΙ ΚΟΛΑΚΕΣ ΑΡΕΤΗ ΗΔΕ ΚΑΙ ΔΟΞΑ ΚΑΙ ΤΕΙΜΗ ΚΑΙ ΣΚΕΡΔΟΣ ΚΟΣΜΟΣ ΘΑΛΑΤΤΗΙ ΜΕΝ etc.

amasio autem nullam fidem adiunget, tamquam non vêre sed amatorie exaltanti. Quotquot igitur vitio aliquo corporis et turpitudine ac deformitate laborant, ii merito cupiant amatores habere. Neque enim ab aliis colentur, præterquam ab iis qui ob eroticum furorem et necessitatem accedunt. Tibi vero tanta pulchritudine prædito nullum utilitatis augmentum ab amatore potest accidere. Neque enim, qui non amant, te expetent minus. Vere autem pulchris non minus inutiles sunt amatores, quam adsentatores iis qui virtutis, famæ, gloriæque ergo iusta laude digni sunt. Mari quidem lucro et decori sunt nautæ et gubernatores, et triremium præfecti et mercatores, et qui alio quovis pacto navigant; non vero delphini, quibus extra mare vivere non licet. Ita prorsus pulchritudini, nos qui gratis laudamus et admiramur, ornamento sumus, non autem amasii, quibus si veneria

---

(3) Cod. ΗΜΕΙΣΘΙ.

(4) Cod. ΙΣΤΕΡΟΜΕΝΟΙΣ.

τῶν παιδικῶν. Εὕροις δ' ἂν σκοπῶν πλείστης ἀδοξίας αἰτίους μὲν ὄντας τοὺς ἐραστάς. Ἀδοξίαν δὲ φεύγειν ἅπαντας μὲν χρὴ τοὺς εὐφρονοῦντας· μάλιστα δὲ τοὺς νέους, οἷς ἐπὶ μακρότερον ἐγκείσεται τὸ κακὸν ἐν ἀρχῇ μακροῦ βίου προσπεσόν. Ὥσπερ οὖν ἱερῶν καὶ θυσίας, οὕτω καὶ τοῦ βίου τοὺς ἀρχομένους εὐλογίας μάλιστα πρ ... (1) .. τοῖς τῶν .... εἰς ἐσχάτην ἀδοξίαν ἄ(ν) τούτους δὴ χρηστοὺς ἐραστὰς ἐξὸν ει ... πέντε καὶ ... νεικ ... νον ... χρῆμα ἐρασταῖς ... του . . . . ἆρ' οἱ ἐρῶντες διὰ τῶν τοιῶνδε φορημάτων (2) οὐκ ἐκείνους τιμῶσιν, ἀλλ' αὐτοὶ ἀλαζονεύονταί τε καὶ ἐπιδείκνυνται, καὶ ὡς εἰπεῖν ἐξορχοῦνται τὸν ἔρωτα.

Συγγράφει δὲ, ὡς φασὶν, ὁ σὸς ἐραστὴς ἐρωτικά τινα περὶ σοῦ συγγράμματα, ὡς τούτῳ δὴ μάλιστά σε δελεάζων (3) καὶ προσαξόμενος καὶ αἱρήσων. Τάδ' ἐστιν αἴσχη καὶ ὄνειδη καὶ βοή τις ἀκόλαστος ὑπὸ οἴστρου προπεμπομένη·

(1) Lacuna integræ pæne paginæ Codicis in f.°

(2) Plato in *Phædro* p. 239. D.

subtrahantur, vita nulla est. Quod si mentem adverteris, deprehendes, plurimi dedecoris causam esse amatores. Iamvero infamiam vitari ab omnibus oportet qui sapiunt: maxime autem ab adolescentibus, quibus diutius hærebit hoc malum in exordio longæ vitæ contractum. Ut igitur in cæremoniis et sacrificiis, sic etiam eos, qui vitam occipiunt, a laudibus exordiri oportet . . . . *in extremam infamiam hos quidem præclaros amatores quum liceat . . . . . quinque et . . . . res amatoribus . . . . . nempe amasii hoc vestium ornatu non illos honorant, sed ipsi se iactant et ostentant, atque, ut ita dicam, amorem saltant.*

Aiunt etiam, amatorem tuum quædam erotica de te scribere. His quippe se potissimum sperat te corrupturum, sibique arctissime devincturum. Verum enimvero hæ sunt turpitudines et ignominiæ, et clamor quidam

---

(3) Cod. ΔΕΧΕΑΖΩΝ.

ὁποίαι θηρῶν ἢ βοσκημάτων (1) ὑπὸ ἔρωτος βρυχωμένων ἢ χραιμετιζομένων ἢ μυκωμένων ἢ ὀρυωμένων (2). Τούτοις ἔοικεν τῶν ἐρώντων ἀίσματα. Εἰ γοῦν ἐπιτρέψαις αὐτὸν τῷ ἐραστῇ χρῆσθαι ὅτε οὐ καὶ ὅποτε βούλοιτο, οὔτ' ἂν καιρὸν περιμείνας ἐπιτήδειον οὔτε τόπον οὔτε σχολὴν οὔτε ἐρημίαν, ἀλλὰ θηρίου (3) δίκην ὑπο λύττης εὐθύ σε ἴοιτο (4) ἂν καὶ βαίνειν προθυμοῖτο μηδὲν αἰδούμενος (5);

Τοῦτο ἔτι προσθεὶς καταπαύσω τὸν λόγον. Ὅτι πάντα θεῶν δῶρα καὶ ἔργα ὅσα ἐς ἀνθρώπων χρείων τε καὶ τέρψιν καὶ ὠφέλειαν ἀφύκτατα μὲν αὐτῶν πάνυ καὶ παντὶ ἤθει, (6), γήν φημι καὶ οὐρανὸν καὶ ἥλιον καὶ θάλατταν, ὑμνεῖν μὲν καὶ θαυμάζειν πεφύκαμεν, ἐρᾷν δ' οὐ. Καλῶν δέ τινων φαυλοτέρων καὶ ἀτιμοτέρας μοίρας τετυχηκότων, τούτων ἤδη

(1) Cod. ΒΟΣΧΗΜΑΤΩΝ.
(2) Videtur scribendum ΩΡΥΟΜΕΝΩΝ. Apud Hesychium ὠρύεται explicatur ὑλακτεῖ.
(3) Cod. ΘΗΡΟΥ.

impudicus a libidine missus: quales voces ferarum sunt aut cicurum cum ex amore rugiunt aut hinniunt aut mugiunt aut fremunt. His pares sunt amantium cantiones. An igitur te amanti trades, ut sive ei libeat sive secus, te utatur? ne expectato quidem tempore idoneo neque loco neque otio neque solitudine; sed feræ subantis ritu, sine ulla reverentia, statim ac ille te aggredietur tuaque consuetudine uti cupiverit?

Uno adhuc addito, sermonem concludam. Cuncta Deorum dona, quotquot ad hominum usum et delectationem et utilitatem omnino necessaria sunt, terram nempe et cælum et solem et mare mirari ac celebrare solemus, minime vero adamare. At in pulchris quibusdam rebus, et quæ deteriorem naturam sortitæ sunt, invidiæ et amoris et zeli et cupiditatis

(4) Nisi mavis legere ΕΥΘΥΣ ΕΙΟΙΤΟ.

(5) Plato in *Phædro* p. 251. E - 252. A.

(6) Cod. ΠΑΝΙΗΙΘΕΙ.

φθόνος καὶ ἔρως καὶ ζῆλος καὶ ἵμερος ἀπύεται. Καὶ οἱ μέν τινες κέρδους ἐρῶσιν, οἱ δὲ θύων αὖ, οἱ δὲ οἴνου. Ἐν δὲ τῷ τοιῷδε ἀριθμῷ καὶ μερίδι καθίσταται τὸ κάλλος ὑπὸ τῶν ἐρώντων, ὅμοιον κέρδει καὶ ὄψῳ καὶ μέλιτι. ὑπὸ δὲ ἡμῶν τῶν θαυμαζόντων μὲν, μὴ ἐρώντων δὲ, ὅμοιον ἡλίῳ καὶ οὐρανῷ καὶ γῇ καὶ θαλάττῃ· τὰ γὰρ τοιαῦτα παντὸς ἔρωτος κρείττω καὶ ὑπέρτερα.

Ἕν τι σοι φράσω πρὸς τούτοις, ὃ καὶ σὺ πρὸς τοὺς ἄλλους λέγων παῖδας πιθανὸς εἶναι δόξει (1). Εἰκὸς δέ σε ἢ παρὰ Μητρὸς ἢ τῶν ἀναθρεψαμένων μὴ ἀνήκοον εἶναι, ὅτι τῶν ἄνθων ἄν ἐστίν τι ὃ δὴ τοῦ ἡλίου ἐρᾷ καὶ πάσχει τὰ τῶν ἐρώντων· ἀνατέλλοντος ἐπαιρόμενον, καὶ πορευομένου καταστρεφόμενον, δύνοντος δὲ περιτρεπόμενον (2). Ἀλλ᾽ ὅδ᾽ ἐν γῇ πεσὸν ἀπόλλυσι, οὐδὲ εὐμενεστέρου πειρᾶται διὰ τὸν ἔρωτα τοῦ ἡλίου. Ἀτιμότατον γοῦν

(1) Videtur usurpatum attice ΔΟΞΕΙ pro ΔΟΞΗΙ. Nisi mavis legere ΔΟΞΕΙΣ, aut ΠΙΘΑΝΟΝ ΕΙΝΑΙ ΔΟΞΕΙ.

nomina usurpantur. Atque alii quidem lucrum amant, alii rursus liba, alii vinum. Porro in hoc numero et statione pulchritudo ab amantibus collocatur, ut sit videlicet lucro et opsonio et melli similis. A nobis autem admiratoribus quidem sed non amatoribus eadem par soli et cælo et terræ iudicatur: quæ nobiliora et celsiora oppido sunt, quam ut queant amari.

Unum tibi præter hæc narrabo, quod et tu si coram ceteris pueris referes, blanda et probabilia narrare videberis. Puto te vel a Matre vel ab educatoribus audivisse, florem esse quemdam solis amore captum, qui similia amantium patitur. Nam sole exoriente attollitur, procedente convertitur, occidente subvertitur. Atque hic quidem flos in terram decidens perit: neque amoris sui ergo sole utitur benevolentiore. Contemptissimus igitur est et

(2) Sic codex. Ceterum scribendum videbatur ΚΑΙ ΠΟΡΕΥΟΜΕΝΟΥ ΠΕΡΙΤΡΕΠΟΜΕΝΟΝ, ΔΥΝΟΝΤΟΣ ΚΑΤΑΣΤΡΕΦΟΜΕΝΟΝ.

ἐστι ἂν φυτῶν καὶ ἄνθων· οὔτε εἰς ἑορταζόντων θαλίας, οὔτε στεφάνους θεῶν ἢ ἀνθρώπων παραλαμβαρόμενον (1). Ἔοικας, ὦ Παῖ, τὸ ἄνθος τοῦτο ἰδεῖν ἐθέλειν· ἀλλ' ἐγώ τε σοὶ δ' ἐπιδείξω τυχὼν., πρὸς τὸν κῆπον (2) ἅμα ἄμφω βαδίσαιμεν.

Feliciter

---

(1) Patet a Frontone descriptum fuisse heliotropium.

(2) Codex pro ΤΥΧΩΝ ΠΡΟΣ ΤΟΝ ΚΗΠΟΝ, habet ΤΙΧΟΥΣ ΠΡΟΣ ΤΟΝ ΙΑΙΣΟΝ. In hoc autem loco expediendo diu dubitans hæsi, quem quidem liberum cuique esto pro suo ingenio libitoque corrigere aut interpretari. Haud scio an pro κῆπον malet aliquis παράδεισον. Illud moneo, universam Codicis græcam scripturam tot mendis scatere, ut ea plane ab amanuensi latino et græce fere ignaro exarata videatur.

---

florum et arborum: neque ad festa convivia, neque ad Deorum aut hominum coronas adsumitur. Velle mihi videris, o Puer, hunc florem videre. Ego vero mox ut occurret, tibi ostendam, cum una in hortum uterque veniemus.

II. ΜΗΤΡΙ ΚΑΙΣΑΡΟΣ (1)

ΠΩΣ ἂν ἀπολογησάμενος συγγνώμης παρὰ σοῦ τύχοιμι, ὅτι σοι τούτων τῶν ἡμερῶν οὐκ ἐπέστειλα, ἢ δηλονότι τὴν ἀληθῆ τῆς ἀσχολίας εἰπὼν αἰτίαν; Λόγον γὰρ συνήγαγόν τινα περὶ τοῦ μεγάλου Βασιλέως (2). Ἡ δὲ τῶν Ῥωμαίων παροιμία, φίλου τρόπον μὴ μισεῖν, ἀλλ᾽ εἰδέναι φησὶ δεῖν. Οἷος δ᾽ οὑμὸς τρόπος φράσω καὶ οὐκ ἀποκρύπτομαι. Ὑπὸ τῆς πολλῆς ἀφυίας καὶ οὐθενείας ὅμοιόν τι πάσχω τῇ ὑπὸ Ῥωμαίων ὑαίνῃ καλουμένῃ (3),

(1) Nempe Domitiæ Calvillæ M. Aurelii Cæsaris Matri. Hæc est autem illa græca Epistula, quam Fronto consul inplicuit Epistulæ latinæ I. Libri I. ad Marcum, ut is lectam, et si opus fuisset, emendatam Matri redderet. Recole superius p. 33. et 40.

(2) Antonini Pii, cuius laudes a se in Senatu, designato et inito consulatu, olim dictas testatur Fronto in Epistula VI. Libri I. ad Marcum p. 52.

(3) Non Latinis solum sed Græcis quoque usitatum vocabulum est ὕαινα, nec id ignorasse Frontonem arbitror, sed potius respexisse ad plura nomina, quibus tum græce tum latine vocitata hyæna est. Quæ nominum pluralitas ex eo nata fortasse est,

MATRI CÆSARIS

Quanam ego defensione utens veniam abs te consequar, quod tibi per hos dies nihil scripserim, nisi veram causam dicam occupationis meæ? Nam quemdam concinnavi Panegyricum Regis magni. Est autem Romanorum adagium, amici morem non odio habendum esse, sed cognoscendum. Quis autem sit meus mos, sine ulla simulatione enarrabo. Propter exiguum meum ingenium et imbecillitatem simile quid patior eius feræ, quæ a Romanis hyæna appellatur, cuius collum

quod hyæna et aliæ aliquot eiusdem generis feræ ab imperitioribus confusæ in unum sunt. Videsis Buffonium Hist. natur. Edit. Paris. 1761. Tom. IX. p. 268. Duo græca nomina profert Aristoteles Hist. Anim. Lib. VIII. Cap. 5. *Ὃν καλοῦσιν οἱ μὲν γλάνον, οἱ δὲ ὕαιναν.* Duo latina dat Capitolinus in *Gordiano tertio* p. 243. D. *Belbi id est hyænæ.* Arnobius Lib. VII. Edit. Paris. 1605. p. 280. hyænis *beluæ* nomen indere videtur, ubi alii legunt *benuæ*, alii *belbæ.* Cum Arnobio consentire videntur glossæ veteres a Salmasio laudatæ ad locum Capitolini. Fronto igitur ita hoc loco videtur locutus, ut animal, quod commemorat, pressius et doctius designaret.

ῆς τὸν τράχηλον κατ' εὐθὺ τετάσθαι λέγουσιν, κάμπτεσθαι δὲ ἐπὶ θατέρᾳ τῶν πλευρῶν μὴ δύνασθαι (1). Καγὼ δ' ἐπειδάν τι συντάττω προθυμότερον, ἄκαμπής τις εἰμὶ, καὶ τῶν ἄλλων πάντων ἀφέμενος (2), ἐπέχων (3) ὃ μόνον γ' ἐμὲ ἄγαν ἐπιστρέπτει.

Κατὰ τὴν ὕαιναν καὶ τοὺς ὄφεις δὲ φασὶν τὰ ἀκόντια οὕτω πῶς ἄγειν κατ' εὐθὺ· τὰς δὲ ἄλλας ἐπιστροφὰς μὴ στρέφεσθαι. Καὶ τὰ δόρατα καὶ τὰ τόξα τότε μάλιστα τυγχάνει τοῦ σκοποῦ, ὅταν εὐθείαν ἄξῃ, μήτε ὑπ' ἀνέμου παρωσθέντα, μήτε ὑπὸ χειρὸς Ἀθηνᾶς ἢ Ἀπόλλωνος σφαλέντα, ὥσπερ τὰ ὑπὸ Τεύκρου (4) ἢ τὰ ὑπὸ τῶν μνηστήρων (5) βληθέντα. Ταύτας μὲν δὴ τρεῖς εἰκόνας ἐμαυτὸν προσείκασα· τὰς μὲν δύο ἄγριας καὶ θηριώδεις, τὴν τῆς ὑαίνης καὶ τὴν τῶν ὄφεων· τρίτην δὲ τὴν τῶν

---

(1) Collum hyænæ inflexibile non dicit Aristoteles, qui tamen hanc feram bis describit Hist. Animal. VI. 32. VIII. 5. Plinius tamen Hist. VIII. Sect. XLIV. ait : » Collum (hyænæ) et iuba con» tinuitate spinæ porrigitur, flectique nisi circum» actu totius corporis, nequit ». Plinio consonat

rectum extendi fertur, inflecti autem ad utrumque latus non posse. Ego itidem cum aliquid impensius exorno, rigidus quodammodo sum, ac ceteris omnibus omissis, in illud unum incumbo quod me vehementer ad se trahit.

Ut hyæna, ita et serpentes dicuntur spinam dorsi eodem modo movere directim: alias vero conversiones non habere. Spicula item et tela tunc maxime scopo potiuntur cum rectâ aguntur, neque vento detorquentur, neque Minervæ aut Apollinis manu avertuntur, ut olim ea quæ a Teucro vel a Procis missa fuerant. His tribus imaginibus me ipsum expressi: duabus quidem immanibus et ferinis hyænæ et serpentium; tertiâ

Solinus Cap. 27. et inter recentiores Busbequius Epist. I. Edit. Lugd. Batav. 1633. p. 84. Shawus Itinerum in Africam etc. Edit. Londin. 1757. p. 173.

(2) Cod. ΑΦΕΜΗΝΟΣ.

(3) Cod. videtur habere ΕΠΕΚΕΙΝ.

(4) Iliad. ϑ. 311.

(5) Odyss. χ. 256.

βελῶν, καὶ αὐτὴν ἀπάνθρωπον οὖσαν καὶ ἄμουσον. Εἰ δὲ δὴ καὶ τῶν ἀνέμων φαίην ἐπαινεῖσθαι μάλιστα τὸν οὔριον, ὅτι δὴ ἐπ' εὐθὺ φέρει τὴν ναῦν, ἀλλὰ μὴ εἰς τὰ πλάνα ἀπονεύει· ἡ τετάρτη ἂν εἴη ταύτη εἰκὼν καὶ αὐτὴ βιαία. Εἰ δὲ προσθείην καί (τε) τῆς γράμμης ὅτι πρεσβυτάτη τῶν γραμμῶν ἡ εὐθεία ἐστὶν, πέμπτην ἂν εἰκόνα λέγοιμι, μὴ μόνον ἄμαχον, ὥσπερ τὴν τῶν δοράτων, ἀλλὰ καὶ ἀσώματον ταύτην οὖσαν.

Τὶς ἂν οὖν εἰκὼν εἰρηθείη πιθανὴ, μάλιστα μὲν ἀνθρωπίνη, ἀμείνον δὲ εἰ καὶ μουσικὴ; εἰ δ' αὖ φιλίας καὶ ἔρωτος αὐτὴ μετείη, μᾶλλον ἂν ἔτι ἡ εἰκὼν ἐοίκοι. Τὸν Ὀρφέα φασὶν οἰμῶξαι ὀπίσω ἐπιστραφέντα· εἰ δὲ κατ' εὐθὺ ἔβλεπέν τε καὶ ἐβάδιζεν, οὐκ ἂν ᾤμωζεν. Ἅλις εἰκόνων. Καὶ γὰρ αὐτή τις ἀπίθανος ἡ τοῦ Ὀρφέως εἰκών. Ἰδοὺ ἂν.. μεν.. [ἐξ οὗ] (1) ἀπολογήσομαι τοὐντεῦθεν ἂν [καὶ] ῥᾷστα συγγνώμης τύχοιμι. Τὶ δὲ τοῦτό ἐστιν; ὅτι συγγράφων τὸ τοῦ Βασιλέως ἐγκώμιον ἔπραττον ὃ μάλιστα σοί τε καὶ τῷ σῷ παιδὶ (2)

(1) Verba uncis inclusa moneo me addidisse.

(2) In Panegyrico Antonini Pii laudatum fuisse

autem telorum inhumana et ipsa atque immiti. Quod si et ventorum dicam laudari maxime auram secundam, quæ rectà fert navim, neque in errores inflectit; quarta hæc erit imago et ipsa violenta. Tum si addam et linearum antiquissimam atque nobilissimam esse rectam, quintam imaginem dixerim, non solum a bello alienam, secus atque imaginem a iaculis sumptam, verum etiam incorpoream.

Sed iam quænam dicetur imago blanda et probabilis atque in primis humana, præsertim si a musica petita fuerit? quæ si etiam cum benevolentia et amore coniuncta sit, maxime ad rem accedet. Orpheus luxisse fertur postquam retrorsum conversus est. Quod si directe prospiciens incessisset, nulla ei causa dolendi nata esset. Sed iam satis imaginum. Nam et Orphei imago absurda quodammodo videtur. Ecce autem quo ex capite me deinceps defendam, et veniam facillime consequar. Quod porro hoc est? Laudes Regis scripsi, quas tibi

simul M. Aurelium testatur Fronto etiam in Epistula VI. Libri I. ad Marcum.

κεχαρισμένόν ἐστιν. Ἔπειτα δὲ καὶ ὑμῶν ἐμεμνήμην, καὶ ὠνόμαζόν τε ὑμᾶς ἐν τῷ συγγράμματι, ὥσπερ οἱ ἐρασταὶ τοὺς φιλτάτους ἐπὶ πάσῃ (τιμῇ) (1).

Ἀλλὰ γὰρ τέχνωσις (2) τῶν εἰκόνων ἐπόρωρε (3) καὶ ἐπιφύεται. Αὕτη γοῦν παρεφάνη, ἣν ἐπὶ πάσαις λέγω, ἥτις ἱκανώτατη εἰκὼν ἂν προσαγορεύοιτο οὖσα ἐκ ζωγράφου. Τὸν Πρωτογένη τὸν ζώγραφον φασὶν ἕνδεκα ἔτεσιν τὸν Ἰάλυσον γράψαι (4)· μηδὲν ἕτερον ἐν τοῖς ἕνδεκα ἔτεσιν ἢ τὸν Ἰάλυσον. Γράφων δ' εγὼ (5), οὐχ ἕνα, δύο δὲ ἅμα Ἰαλύσῳ ἐφήσθην (6), οὐδὲ

(1) Verba parenthesi inclusa dubiæ lectionis sunt.

(2) Ita Cod. evidenter ΤΕΧΝΩΣΙΣ. Mallem scribere ΤΕΚΝΩΣΙΣ *procreatio*.

(3) Cod. videtur prorsus habere ΕΠΕΙΟΡΕΙ, quod ferendum non existimabam.

(4) De Protogene (qui Apellis fuit æqualis et familiaris) eiusque celeberrima tabula Ialyso satis accurate agit Plinius Hist. Lib. XXXV. Sect. XXXVI. „ Protogeni, inquit, patria fuit Caunus, gentis „ Rhodiæ subiectæ .... Palmam habet tabularum „ eius Ialysus .... Huic picturæ quater colorem „ induxit, subsidio iniuriæ et vetustatis, ut de- „ cedente superiore, inferior succederet. Est in ea „ canis mire factus .... Propter hunc Ialysum, „ ne cremaret tabulas Demetrius rex, cum ab ea

et filio tuo gratissimas fore scio. Præterea et vestrûm in illis mentionem facio, atque, ut amasii suos carissimos, vos ego omni cum (honorificentia) in scripto compello.

Sed hîc rursus imaginum structura excitatur atque adnascitur. Quædam igitur se nobis offert, quæ et omnium postrema dicetur, et congruentissima iure appellabitur, a pictore scilicet ducta. Protogenes pictor fertur undecim annis Ialysum pinxisse: nihil aliud, inquam, undecim annis præter Ialysum. At ego non unum sed duos simul Ialysos pingere gestio: neque

---

» parte sola posset Rhodum capere, non incendit: » parcentemque picturæ fugit occasio victoriæ ». Rhodi picturam se Ialysi vidisse dicit Cicero *Orator* Cap. II. Hanc Romam deinde advectam et in templo Pacis fuisse conspicuam aiunt Plinius loc. cit. et Plutarchus in *Demetrio*. Immo Plutarchus et absumptam incendio narrat. Solis vero filium dicit Ialysum Arnobius IV. p. 169. atque, ut videtur etiam Cicero *de Natur.* D. III. Cap. XXI. In hoc autem differt narratio Plutarchi a Frontoniana, quod ille loc. cit. ait Ialysum pictum a Protogene septem annis, Fronto undecim.

(5) Cod. ΠΡΑΦΟΝΤΑ ΕΜΟΙ corruptissime.

(6) Cod. videtur habere ΕΙΡ... ΦΕΣΘΗΝ.

τοῖν προσώποιν οὐδὲ ταῖν μορφαῖν μόναιν, ἀλλὰ καὶ τοῖν τρόποιν καὶ ταῖν ἀρεταῖν οὐ μετρίω ὄντε ἄμφω. Ἄλλος μὲν ἐστὶν μέγας Βασιλεὺς ἄρχων πάσης τῆς γῆς καὶ θαλάττης· ὁ δὲ ἕτερος υἱὸς βρεχμοῦ βασιλέως, ἐκείνου μὲν οὕτω παῖς, ὥσπερ Ἀθηνᾶ τοῦ Διὸς (1), ὡς τῆς Ἥρας ὁ Ἥφαιστος. ἀπέστω δέ τε τῶν ποδῶν ταύτη τοῦ Ἡφαίστου εἰκών. Ἡ μὲν οὖν ἀπολογία αὕτη ἂν εἴη πάνυ τις εἰκαστικὴ γενομένη καὶ γραφικὴ, εἰκόνων ἔκπλεως αὐτὴ μάλα.

Ἔτι κατὰ τοὺς γεωμέτρας αἰτήσομαι τὸ μοιον. Εἴ τι τῶν ὀνομάτων ἐν ταῖς Ἐπιστολαῖς ταύταις εἴη ἄκυρον ἢ βάρβαρον ἢ ἄλλως ἀδόκιμον, καὶ μὴ πάνυ ἀττικὸν, ἀλλὰ τοῦ ὀνόματος σ᾽ ἀξιῶ τὴν διάνοιαν σκοπεῖν αὐτὴν καθ᾽ ἑαυτήν· οἶσθα γὰρ ὅτι ἐν αὐτοῖς ὀνόμασιν καὶ αὐτῇ διαλέκτῳ διατρίβω (2). Καὶ γὰρ

(1) Cod videtur ΑΘΑΗΑΤΟΥ ΔΙΟΣ ΣΟΣ ΔΕΣΩΝΙΟΣ.

(2) Confer Epistulam I. Lib. I. ad Marcum sub finem, quo loco pariter vereri videtur Fronto, ne in hac ipsa græca Epistula aliquis insit barbarismus. Sed modestiam Frontonis mirari subit:

hos vultuum tantum et formarum tenus, sed morum etiam atque virtutum, quæ in utroque insignes sunt. Atque horum quidem unus est magnus Rex, qui universæ terræ marique imperat, alter autem ex Regis capite prognatus filius tuus, ita ab illo ortus, ut Minerva ex Iove, ut ex Iunone Vulcanus. Quamquam hanc Vulcani imaginem amoveri sit satius. Hæc igitur defensio constat similitudinibus ac veluti picturis, et tota imaginibus scatet.

Superest ut geometrarum more aliquid postulem. Siqua nimirum verba huius Epistulæ impropria sint aut barbara, aut quavis alia de causa non probata nec prorsus attica, ego enimvero te rogo, ut verborum notionem per se ipsam spectare velis: nosti enim in græcis vocabulis et dialecto me hærere.

---

nam et eius dictio græca satis elegans est. Immo interdum videtur Fronto expeditius græce locutus quam latine. V. Fragm. II. Lib. II. *de Orationibus* p. 255. nisi forte ibi alius scriptoris locum is laudat.

τὸν σκύθην ἐκεῖνον τὸν Ἀνάχαρσιν οὐ πάνυ τι ἀττικίσαι φασὶν, ἐπαινηθῆναι δ' ἐκ τῆς διανοίας καὶ τῶν ἐνθυμημάτων. Παραβαλῶ δ' ἐμαυτὸν Ἀναχάρσιδι οὐ μὰ Δία κατὰ τὴν σοφίαν, ἀλλὰ κατὰ τὸ βάρβαρος ὁμοίως εἶναι. Ἦν γὰρ ὁ μὲν σκύθης τῶν νομάδων σκυθῶν, ἐγὼ δὲ λίβυς (1) τῶν λιβύων τῶν νομάδων. Κοινὸν δὲ ἦν τὸ νέμεσθαι ἐμοί τε καὶ Ἀναχάρσιδι· κοινὸν οὖν ἔσται καὶ τὸ βληχᾶσθαι νεμομένοις, ὅπως ἄν τις βληχήσεται. Οὕτως μὲν δὴ καὶ τὸ βαρβαρίζειν τῷ βληχᾶσθαι προσείκασα. Οὐκοῦν παύσομαι μηδὲν ἕτερον γράφων ἀλλὰ εἰκόνας.

II. ΜΗΤΡΙ ΚΑΙΣΑΡΟΣ

ΕΚΩΝ ἑκὼν νὴ τοὺς θεοὺς καὶ πάνυ γε προθυμούμενος τὴν ἐμὴν Κράττιαν (2) ἐξέπεμψα συνεορτάσουσαν σοὶ τὰ γενέθλια· καὶ αὐτὸς

(1) Nota iterum patriam Frontonis, et confer Epistulam VI. Lib. II. ad Amicos p. 171.

(2) Gratiam uxorem suam misit Fronto consul Roma Neapolim ad diem natalem Calvillæ

Atqui ille etiam Scythes Anacharsis non admodum attice locutus fertur, sed laudem sententiis, atque animi conceptibus consecutus. Me autem contendo Anacharsidi non sapientia mehercule, sed barbarie. Ille enim fuit Scythes e nomadibus Scythicis, ego Libys e nomadibus Libycis. Commune igitur mihi cum Anacharside in pascuis victitare. Commune ergo erit nobis in pascuis et balare, quacumque demum ratione quis balet. Igitur et barbarismum meum balatui comparavi. Finem ergo huic scripto imponam in quo nihil, præter imagines, inest.

MATRI CÆSARIS

LIBENS libens, Deos testor, et plane gestiens meam Gratiam misi ad diem natalem tuum tecum celebrandum: atque ipse

---

celebrandum, ut constat ex Epistula III. Libri II. ad Marcum. Eunti Gratiæ hanc græcam Epistulam Calvillæ tradendam dedit Fronto.

ἂν ἀφικόμενος εἰ ἐξῆν. Ἀλλὰ ἐμοὶ μὲν ἐμποδών ἐστιν ἡ ἀρχὴ γῦρος τῷ ποδὶ ἤδεη οὖσα (1). Ὀλίγαι γὰρ ἡμέραι λοιπαὶ τῆς ἀρχῆς περιλείπονται, καὶ μᾶλλον τε ἄσχολοι διὰ τὰς λειτουργίας. Ὧν ἀπαλλαγεὶς ἔοικα δραμεῖσθαι πρὸς ὑμᾶς τῶν τὸν στάδιον τρεχόντων προθυμότερον. Ὡς ἐκεῖνοι γε βραχύτατον χρόνον ἐπὶ τῆς ὕσπληγος ἐπιστάντες, ἔπειτα ἀφεῖνται τρέχειν· εγὼ δὲ τοῦτον ἤδη μῆνα δεύτερον εἵργομαι τοῦ πρὸς ὑμᾶς δρόμου.

Ἐχρῆν δὲ ἄρα πάσας τὰς πανταχόθεν (2) γυναίκας ἐπὶ ταύτην τὴν ἡμέραν ἀθροίζεσθαι καὶ ἑορτάζειν τὰ σὰ γενέθλια. Πρώτας μὲν τῶν γυναικῶν τὰς φιλάνδρους καὶ φιλοτέκνους καὶ σώφρονας. Δευτέρας δὲ ὅσαι ἄπλαστοι καὶ ἀψευδεῖς. Τρίτας δὲ ἑορτάζειν τὰς εὐγνώμονας καὶ εὐπροσίτους καὶ εὐπροσηγόρους καὶ ἀτύφους. Πολλαὶ δ' ἂν καὶ ἄλλαι γυναικῶν τάξεις γένοιντο

(1) *Sed me impedit consulatus quo veluti circulo pes adhuc cohibetur*. Respicit vero Fronto tum ad Epistulam suam II. Libri II. ad M. tum, ut suspicor similitudinem ducit a celebrato circulo quo Popilius Antiochum circumscripsit. In Codice quidem evidenter ΑΡΧΗΓΙΡΟΣ, I pro Y, improbanda lectio, uti et ΑΡΧΙΓΕΡΟΥΣΙΑ, de qua primum cogitaveram.

quoque venissem, si liceret. Sed me impedit consulatus, quo nondum defunctus sum. Pauci enim dies reliqui sunt magistratus mei, iique maxime ministeriis occupati. Quibus curis solutus, promptius mihi videor properaturus ad vos, quam ii qui stadium currunt. Siquidem hi brevissimo tempore ad carceres detenti, deinde in cursum emittuntur; ego autem altero iam mense, quominus ad vos curram, impedior.

Oporteret autem omnes undique feminas ad hanc diem congregari, tuumque natalem celebrare. Primum quidem mulieres virorum et prolis amantes et pudicas. Deinde omnes sinceras et veridicas. Tertio loco fide bona prœditas et faciles et comes et non superbas. Alii multi prœterea ordines feminarum erunt,

---

Iure autem *consulatus* ΑΡΧΙΓΕΡΟΥΣΙΑ vocitari posse videtur. Nam licet hoc vocabulum fortasse inauditum sit, tamen *Archigerontes* in Cod. Iustin. Lib. I. Tit 4. Leg. 5. et in Cod. Theodos. Lib. 14. Tit. 27. Leg. 1. sunt *viri primarii curiæ seu civitatis.*

(a) Ita Cod. ΠΑΝΤΑΧΟΔΕΝ vel dorice vel mendose.

τῶν σοὶ μέρους τινὸς ἐπαίνου καὶ ἀρετῆς μετεχουσῶν· σοῦ μὲν ἁπάσας τὰς γυναικὶ πρεπούσας ἀρετὰς καὶ ἐπιστήμας κεκτημένης καὶ ἐπισταμένης, ὥσπερ ἡ Ἀθηνᾶ τέχνας ἁπάσας κέκτηται τε καὶ ἐπίσταται· τῶν ἄλλων δὲ γυναικῶν ἐπὶ τῆς ἀρετῆς μέρος ἑκάστης ἐπισταμένης, καὶ κατὰ τοῦτο ἐπαινουμένης· οἷος ὁ τῶν Μουσῶν ἔπαινος ἐκ μιᾶς τέχνης καθ' ἑκάστην διῃρημένος (1).

Εἰ δὴν ἐγὼ πρὸ θύρης εἰσαγωγεῦς τις εἶναι λαχὼν, τῶν τῆς ἑορτῆς ἀξιῶν· πρώτας ἂν Ὁμήρῳ πειθόμενος (2) ἀπέκλεισα τὰς τὴν εὔνοιαν ψευδομένας, καὶ πλαττομένας, καὶ ἕτερον μέν τι κευθούσας ἐνὶ φρεσὶν, ἄλλο δὲ λεγούσας, ἅπαντα δὲ τὰ ἀπὸ γέλωτος μέχρι δακρύων προσποιουμένας. Ὅτι γέλως οὕτως τὸ πρὶν ἄδολος

---

(1) Similis fere locus Propertii Lib. III. Eleg. III. 33.

» Diversæque novem sortitæ rura puellæ

» Exercent teneras in sua dona manus.

Atque hoc loco liceat obiter monere, frustra voluisse Scaligerum ex Propertii vocabulo *rura* facere *iura*. Namque ea mutatio neque Passeratio placet, et falsa arguitur a cunctis (nempe quinque) codicibus Propertii Ambrosianis, in quibus aperte legitur *rura*.

quæ virtutum tuarum partem aliquam attingant: quum tu quidem cunctas mulieri convenientes virtutes ac dotes et teneas et noscas, ut Minerva scilicet cunctas artes et tenet et novit; ceterarum vero mulierum partem aliquam virtutis unaquæque possideat, eoque ex capite laudetur: qualis nimirum Musarum est laus, quæ in singulas ab una arte tribuitur.

Quod si ego pridem ianuæ præfectus feminas ad te inducerem, quæ festi dignæ essent; primum quidem, de Homeri sententia, eas excluderem, quæ benevolentiam mendaciter fingunt, et aliud mente celant, aliud loquuntur, et cuncta a risu usque ad lacrymas simulant. Quum enim risus naturâ suâ tam sit

---

(2) Apud Homerum Iliad. ι. v. 312. hanc nobilem sententiam profert Achilles:

> Ἐχθρὸς γάρ μοι κεῖνος, ὁμῶς ἀίδαο πύλῃσιν,
> Ὅς χ' ἕτερον μὲν κεύθει ἐνὶ φρεσὶ, ἄλλο δὲ βάζει.
> *Odi ego, Plutonis velut ostia nigra, sub alto*
> *Pectore qui celant aliud, falsaque loquuntur*
> *Voce aliud.*

Ut interpretratur Cunichius. De se autem scribit Fronto in Epistula 11. *de Nepote amisso* p. 212. *Verum dixi sedulo, verum audivi libenter.*

εἶναι πεφυκὼς, ὡς καὶ τοὺς ὀδόντας τῶν γελώντων ἐπιδεικνύειν, εἰς τοσοῦτον ἤδη περιέστηκεν κακομηχανίας καὶ ἐνέδρας, ὡς καὶ τὰ χεῖλη κρύπτειν τῶν ἐξ ἐπιβουλῆς προσγελώντων.

Γυναικεία δή τις αὕτη Θεὸς παρὰ ταῖς πλείσταις τῶν γυναικῶν θρησκεύεται ἡ Ἀπάτη (1). Τὶς γοῦν Ἀφροδίτης τόκ(ος) ὁ ἐκ πολλῶν τινων καὶ ποικιλῶν θηλειῶν κατασκευασάμενος . . . .

(1) Sine dubio hinc exordiebatur Fronto elegantem Fabulam DE FRAUDE, quales vidimus in Epistula tertia Alsiensi, in Fragmento sexto Libri I. et tertio Libri II. *de Orationibus*, nec non in Epistula prima græca: sed pagina, quæ sequitur in Codice, prorsus oblitterata est.

sincerus, ut dentes etiam ridentium ostendat, idem in tantum malitiæ et insidiarum iam venit, ut et labia occulat eorum qui dolose rident.

Quoddam a mulieribus colitur femineum Numen Fraus. Est autem hæc nescio quæ Veneris proles ex multis et variis feminis concreta. . . . .

AD IV. EPISTULAM GRÆCAM

Editoris Monitum

Moneo, hoc Fragmentum græcæ Epistulæ *de Amore* non esse partem primæ eiusdem argumenti: prima enim non est mutila in fine, hoc autem Fragmentum sine dubio est pars extrema cuiusdam Epistulæ, quia in qua pagina hoc desinit, in eadem incipit Epistula Appiani Οὐδὲ σήμερον etc. quem nos sexto loco infra exhibemus.

Aio præterea, hoc videri mihi Fragmentum Epistulæ vel Marci Cæsaris ad Frontonem, vel huius ad Marcum. Prior suspicio his fere nititur capitibus:

1. Huius acephalæ Epistulæ Scriptor adhortatur quemdam ad amandum, immo et eidem sese ultro spondet amatorem. Iamvero Marcus (in Epistula X. Lib. I. ad Marcum) dicit se aperte Frontonis erasten.

2. Marcus et Fronto flagrantissime inter se amarunt, adeo ut in Ep. VIII. eiusdem Libri Fronto scripserit: *Solet mea Domina Parens tua interdum ioco dicere, se mihi quod a te tanto opere diligar, invidere.* Reliqui vero homines tam arctæ consuetudinis abstrusam causam mirabantur nec reperire poterant, ut ibidem scribit Fronto: *Sine homines ambigant, disserant, disputent, coniectent, requirant, ut Nili caput, ita nostri amoris originem.*

3. Fronto in eadem Epistula VIII. Libri I. ad M. ait se duas flagrantes Epistulas Marci accepisse. Et priorem quidem apparet fuisse septimam illius Libri: at alteram vehementer suspicor fuisse hanc græcam amatoriam totam. Et Marcus sane in Epistula IX. eius Libri ait, velle se quoque græce scribere. Dicit autem id eo loci, quo meminit illius Opusculi Frontoniani, quod nos superius p. 62. et 379. satis firme asseruimus esse eam longam Epistulam *de Amore*, quam primam græcarum fecimus.

4. Is cui scribitur hæc acephala Epistula videtur fuisse ætate iam virili quidem sed nondum senili. Atqui in eo ætatis articulo Fronto erat, Marco adolescente. Rursus, ille qui scribit confidere videtur,

esse se iuvenem generosum, virtute, disciplina, fortunis quoque et pudore præstantem. Eiusmodi vero fuisse Marcum apud omnes in confesso est.

Altera et contraria mea item sed levior suspicio, nempe hanc esse Frontonis Epistulam ad Marcum, his utitur argumentis:

1. Epistulam *de Amore* ex Platonis sententia scripsit Fronto, ut ipse innuit in prima græca Epistula. Iamvero, si ad Platonis certe Symposium et locum Philostrati a me in Monito ad I. Epistulam laudatum respiciamus, Fronto in Platonica Epistula amorem laudasse potius quam vituperasse credendus est. Quod autem iuvenis videatur ad provectiorem scribere, haud ausim dicere id adeo rem conficere, ut M. Aurelio sine dubio tribuenda Epistula sit: quum enim secundam *de Amore* Epistulam non sub sua sed sub Platonis persona Fronto scripserit, is quidem ætatis et suæ et M. Aurelii rationem fortasse non habuit.

2. Is qui hanc quartam Epistulam scribit, se amavisse Dionysium rhetorem ait. Iamvero hoc videtur bellissime dici, si Frontonis Platonem imitantis est hæc Epistula. Nam Dionysius quidam Platonem instituit in litteris, ut ipse Plato in Dialogo Ἐρασταὶ, nec non Laertius III. 4. Apuleius *de Habitud. doctr. Platon.* sub initium, Porphyrius apud Cyrill. Lib. VI. *contra Iulian.* (Edit. Lipsiensis 1696. Tom. II. p. 208.) et denique Olympiodorus a Menagio ad Laertium laudatus, testes sunt. Dionysius item magister Frontonis fuit, ut constat ex Fragm. III. Lib. I. *de Orationibus*. Ingeniose igitur Fronto parodia quadam se et Platonem Dionysiorum magistrorum amantes in amoris exemplum apud discipulum Marcum posuisset. Scriptor tamen huius Epistulæ dicit se amavisse Dionysium *rhetorem*: at Platonis magister Dionysius fuit *grammaticus*, ut e locis laudatis patet: quæ diversitas, quanti sit facienda, non indico.

Nihil dico de Athenodoto, cuius nullam notitiam deprehendi, nisi forte mendum est pro *Athenodoro*.

Denique ut ut ea sunt, de quibus huc usque disserui, illud diserte moneo, pudicam esse hanc Epistulam: merus enim lusus est, quo sive Marcus sive Fronto φιλοστοργίαν mutuam provocant, nempe non tam amorem, quam pietatem qualem inter discipulum et magistrum intercedere par est.

AD IV. EPISTULAM GRÆCAM

Editoris Monitum

Moneo, hoc Fragmentum græcæ Epistulæ *de Amore* non esse partem primæ eiusdem argumenti: prima enim non est mutila in fine, hoc autem Fragmentum sine dubio est pars extrema cuiusdam Epistulæ, quia in qua pagina hoc desinit, in eadem incipit Epistula Appiani Οὐδὲ σήμερον etc. quam nos sexto loco infra exhibemus.

Aio præterea, hoc videri mihi Fragmentum Epistulæ vel Marci Cæsaris ad Frontonem, vel huius ad Marcum. Prior suspicio his fere nititur capitibus:

1. Huius acephalæ Epistulæ Scriptor adhortatur quemdam ad amandum, immo et eidem sese ultro spondet amatorem. Iamvero Marcus (in Epistula X. Lib. I. ad Marcum) dicit se aperte Frontonis erasten.

2. Marcus et Fronto flagrantissime inter se amarunt, adeo ut in Ep. VIII. eiusdem Libri Fronto scripserit: *Solet mea Domina Parens tua interdum ioco dicere, se mihi quod a te tanto opere diligar, invidere.* Reliqui vero homines tam arctæ consuetudinis abstrusam causam mirabantur nec reperire poterant, ut ibidem scribit Fronto: *Sine homines ambigant, disserant, disputent, coniectent, requirant, ut Nili caput, ita nostri amoris originem.*

3. Fronto in eadem Epistula VIII. Libri I. ad M. ait se duas flagrantes Epistulas Marci accepisse. Et priorem quidem apparet fuisse septimam illius Libri: at alteram vehementer suspicor fuisse hanc græcam amatoriam totam. Et Marcus sane in Epistula IX. eius Libri ait, velle se quoque græce scribere. Dicit autem id eo loci, quo meminit illius Opusculi Frontoniani, quod nos superius p. 62. et 379. satis firme asseruimus esse eam longam Epistulam *de Amore*, quam primam græcarum fecimus.

4. Is cui scribitur hæc acephala Epistula videtur fuisse ætate iam virili quidem sed nondum senili. Atqui in eo ætatis articulo Fronto erat, Marco adolescente. Rursus, ille qui scribit confidere videtur,

esse se iuvenem generosum, virtute, disciplina, fortunis quoque et pudore præstantem. Eiusmodi vero fuisse Marcum apud omnes in confesso est.

Altera et contreria mea item sed levior suspicio, nempe hanc esse Frontonis Epistulam ad Marcum, his utitur argumentis:

1. Epistulam *de Amore* ex Platonis sententia scripsit Fronto, ut ipse innuit in prima græca Epistula. Iamvero, si ad Platonis certe Symposium et locum Philostrati a me in Monito ad I. Epistulam laudatum respiciamus, Fronto in Platonica Epistula amorem laudasse potius quam vituperasse credendus est. Quod autem iuvenis videatur ad provectiorem scribere, haud ausim dicere id adeo rem conficere, ut M. Aurelio sine dubio tribuenda Epistula sit: quum enim secundam *de Amore* Epistulam non sub sua sed sub Platonis persona Fronto scripserit, is quidem ætatis et suæ et M. Aurelii rationem fortasse non habuit.

2. Is qui hanc quartam Epistulam scribit, se amavisse Dionysium rhetorem ait. Iamvero hoc videtur bellissime dici, si Frontonis Platonem imitantis est hæc Epistula. Nam Dionysius quidem Platonem instituit in litteris, ut ipse Plato in Dialogo Ἐρασταί, nec non Laertius III. 4. Apuleius *de Habitud. doctr. Platon.* sub initium, Porphyrius apud Cyrill. Lib. VI. *contra Iulian.* (Edit. Lipsiensis 1696. Tom. II. p. 208.) et denique Olympiodorus a Menagio ad Laertium laudatus, testes sunt. Dionysius item magister Frontonis fuit, ut constat ex Fragm. III. Lib. I. *de Orationibus.* Ingeniose igitur Fronto parodia quadam se et Platonem Dionysiorum magistrorum amantes in amoris exemplum apud discipulum Marcum posuisset. Scriptor tamen huius Epistulæ dicit se amavisse Dionysium *rhetorem*: at Platonis magister Dionysius fuit *grammaticus*, ut e locis laudatis patet: quæ diversitas, quanti sit facienda, non iudico.

Nihil dico de Athenodoto, cuius nullam notitiam deprehendi, nisi forte mendum est pro *Athenodoro.*

Denique ut ut ea sunt, de quibus huc usque disserui, illud diserte moneo, pudicam esse hanc Epistulam: merus enim lusus est, quo sive Marcus sive Fronto φιλοστοργίαν mutuam provocant, nempe non tam amorem, quam pietatem qualem inter discipulum et magistrum intercedere par est.

AD IV. EPISTULAM GRÆCAM

Editoris Monitum

Moneo, hoc Fragmentum græcæ Epistulæ *de Amore* non esse partem primæ eiusdem argumenti: prima enim non est mutila in fine, hoc autem Fragmentum sine dubio est pars extrema cuiusdam Epistulæ, quia in qua pagina hoc desinit, in eadem incipit Epistula Appiani Οὐδὲ σήμερον etc. quam nos sexto loco infra exhibemus.

Aio præterea, hoc videri mihi Fragmentum Epistulæ vel Marci Cæsaris ad Frontonem, vel huius ad Marcum. Prior suspicio his fere nititur capitibus:

1. Huius acephalæ Epistulæ Scriptor adhortatur quemdam ad amandum, immo et eidem sese ultro spondet amatorem. Iamvero Marcus (in Epistula X. Lib. I. ad Marcum) dicit se aperte Frontonis erasten.

2. Marcus et Fronto flagrantissime inter se amarunt, adeo ut in Ep. VIII. eiusdem Libri Fronto scripserit: *Solet mea Domina Parens tua interdum ioco dicere, se mihi quod a te tanto opere diligar, invidere.* Reliqui vero homines tam arctæ consuetudinis abstrusam causam mirabantur nec reperire poterant, ut ibidem scribit Fronto: *Sine homines ambigant, disserant, disputent, coniectent, requirant, ut Nili caput, ita nostri amoris originem.*

3. Fronto in eadem Epistula VIII. Libri I. ad M. ait se duas flagrantes Epistulas Marci accepisse. Et priorem quidem apparet fuisse septimam illius Libri: at alteram vehementer suspicor fuisse hanc græcam amatoriam totam. Et Marcus sane in Epistula IX. eius Libri ait, velle se quoque græce scribere. Dicit autem id eo loci, quo meminit illius Opusculi Frontoniani, quod nos superius p. 62. et 379. satis firme asseruimus esse eam longam Epistulam *de Amore*, quam primam græcarum fecimus.

4. Is cui scribitur hæc acephala Epistula videtur fuisse ætate iam virili quidem sed nondum senili. Atqui in eo ætatis articulo Fronto erat, Marco adolescente. Rursus, ille qui scribit confidere videtur,

esse se iuvenem generosum, virtute, disciplina, fortunis quoque et pudore præstantem. Eiusmodi vero fuisse Marcum apud omnes in confesso est.

Altera et contraria mea item sed levior suspicio, nempe hanc esse Frontonis Epistulam ad Marcum, his utitur argumentis:

1. Epistulam *de Amore* ex Platonis sententia scripsit Fronto, ut ipse innuit in prima græca Epistula. Iamvero, si ad Platonis certe Symposium et locum Philostrati a me in Monito ad I. Epistulam laudatum respiciamus, Fronto in Platonica Epistula amorem laudasse potius quam vituperasse credendus est. Quod autem iuvenis videatur ad provectiorem scribere, haud ausim dicere id adeo rem conficere, ut M. Aurelio sine dubio tribuenda Epistula sit: quum enim secundam *de Amore* Epistulam non sub sua sed sub Platonis persona Fronto scripserit, is quidem ætatis et suæ et M. Aurelii rationem fortasse non habuit.

2. Is qui hanc quartam Epistulam scribit, se amavisse Dionysium rhetorem ait. Iamvero hoc videtur bellissime dici, si Frontonis Platonem imitantis est hæc Epistula. Nam Dionysius quidam Platonem instituit in litteris, ut ipse Plato in Dialogo Ἐρασταί, nec non Laertius III. 4. Apulaius *de Habitud. doctr. Platon.* sub initium, Porphyrius apud Cyrill. Lib. VI. *contra Iulian.* (Edit. Lipsiensis 1696. Tom. II. p. 208.) et denique Olympiodorus a Menagio ad Laertium laudatus, testes sunt. Dionysius item magister Frontonis fuit, ut constat ex Fragm. III. Lib. I. *de Orationibus.* Ingeniose igitur Fronto parodia quadam se et Platonem Dionysiorum magistrorum amantes in amoris exemplum apud discipulum Marcum posuisset. Scriptor tamen huius Epistulæ dicit se amavisse Dionysium *rhetorem*: at Platonis magister Dionysius fuit *grammaticus*, ut e locis laudatis patet: quæ diversitas, quanti sit facienda, non iudico.

Nihil dico de Athenodoto, cuius nullam notitiam deprehendi, nisi forte mendum est pro *Athenodoro.*

Denique ut ut ea sunt, de quibus huc usque disserui, illud diserte moneo, pudicam esse hanc Epistulam: merus enim lusus est, quo sive Marcus sive Fronto φιλοστοργίαν mutuam provocant, nempe non tam amorem, quam pietatem qualem inter discipulum et magistrum intercedere par est.

IV. (ΑΝΟΝΥΜΟΥ)

....τερον γε ὡς η.. ἡμᾶς. Τὸ δὲ μετριάζειν ἐν τοῖς ἥττοσιν κακοῖς οὐ δύσκολον. Ἐν παντὶ μὲν γὰρ τὸ κατὰ παν...καπὸ...προσείποντος ἀπρεπὲς ἀνδρὶ παιδίας (1) [πεπειρα]-μένῳ. Χαίρων δὲ ἐγώ γε μᾶλλον...μὲν ὃς μετρα...

.... Τὸ γὰρ πρὸς ἡδονὴν παράλογον τοῦ πρὸς ἀνίαν αἱρετώτερον. Ἀλλ᾽ οὐδὲ τὰ τῆς ἡλικίας σου παρῴχηκεν πρὸς παιδῶν ἀνατροφὴν (2). Ζημία δὲ πᾶσα σὺν ἐλπίδι μὲν ἀποκοπτομένη, χαλεπὴ· ῥᾴων δὲ ὑπολειπομένης ἐλπίδος. Καὶ ὁ μὴ ἀναλαβεῖν περιμείνας ταύτην ἀγεννὴς, καὶ πολὺ τῆς τύχης αὐτῷ χαλεπώτερος. Ἡ μέν γε τύχη τὸ παρὸν ἀφείλετο, ὁ δὲ ἐστέρησεν αὐτὸν καὶ τῆς ἐλπίδος. Ὅθεν δ᾽ ἂν ῥᾷστα παραψυχῆς τύχοις πεῖρα (3).

---

(1) Ita Cod. ΠΑΙΔΙΑΣ pro ΠΑΙΔΕΙΑΣ, ut puto, hic et in sequenti Epistula, quod ferri potest. Ceterum in hac ipsa Epistula occurrit παιδείᾳ.

(ANONYMI)

. . . . *sicut . . . nos . Æquo autem animo esse in minoribus malis, non est arduum. In omni enim quod . . . dicentis indigna homine doctrinâ* erudito. *Ego vero potius lætor . . . . . qui . . .*

. . . . *Namque ex absurdis id potius eligendum est quod ad voluptatem, quam quod ad mœrorem ducit. Sed neque adhuc ætas tua deliciis alendis inepta facta est. Iam quodvis damnum, si spes abscindatur, molestissimum est; tolerabilius, si spes relinquatur: quam qui non retinet, abiecto animo est, multoque ipsâ fortunâ sibi infestior. Siquidem fortuna præsentia aufert, ille spe etiam sese orbat. Cura ergo ut quam maximam potes recreationem invenias.*

---

(2) Videntur hæc fere derivari ex dissertatione Platonis *pro Amore* in *Symposio* p. 178 et seqq.

(3) Cod. ΠΕΙΡΘΑ.

Μαθὼν ἔγωγε ἄλλους (1) σοφίαν διδάξω. Ἀεὶ μοὶ συνέβη τι τῶν δεινῶν παθεῖν ἐρῶντι. Ἤρων δὲ τοτὲ μὲν Ἀθηνοδότου τοῦ σοφοῦ, τοτὲ δὲ Διονυσίου τοῦ ῥήτορος (2)· καὶ δὴ τοῦτο ἐννοῶν ὅτι μοι σώζοιτο κεῖνος οὗ (3) ἐρῶν τύχοιμοι, ἧττον ἦν τῇ τε λύπῃ καὶ τοῖς προσπίπτουσιν ἀλώσιμος. Εἰ δέ τινος ἐρᾷς καὶ σὺ νέου γενναίου ἀρετῇ καὶ παιδείᾳ καὶ τύχῃ καὶ σωφροσύνῃ διαφέροντος (4), οὐκ ἂν ἁμαρτάνοις ὁρμῶν ἐπ᾽ ἐκείνῳ, καὶ πᾶσαν ἀγαθῶν ἀσφάλειαν ἐπ᾽ αὐτῷ τιθέμενος. Ὅς ἐφ᾽ ὅσον γε ἡμῖν οὗτος περίεστιν, ἅτ᾽ ἐραστὴς γὰρ εἶναι σοι φημὶ καὶ οὐκ ἀποκρύπτομαι. Τἄλλα γε πάντα ἡμῖν εὐίατα, καὶ τούτου μακρῷ δεύτερα (5).

(1) Cod. ΑΛΛΑ ΟΥ ΣΟΦΙΑΝ.
(2) De Dionysio rhetore recole dicta in Monito.
(3) Cod. videtur habere ΟΥΝ.
(4) Confer Platonem in *Phædro* p. 243. C.

Expertus ego, alios docebo sapere. Amanti mihi semper contigit acerbum aliquid pati. Amavi autem tum Athenodotum sapientem, tum rhetorem Dionysium: sed hac una cogitatione quod mihi incolumis esset ille, cuius ego amore tenerer, minus fiebam dolori et casibus obnoxius. Quod siquem tu quoque generosum iuvenem, virtute, disciplina, fortunis etiam et pudore præstantem amas, bene facies si te ipsi tradideris, atque omnem felicitatis tuæ tutelam in ipso collocaveris. Atqui, quantum licet, ego eiusmodi sum: quippe qui et tui amatorem sine ulla dissimulatione me fateor. Reliqua nobis omnia facili remedio expedientur: sunt enim hoc negotio longe leviora.

---

(5) Videtur in hac clausula Scriptor Epistulæ innuere alia negotia, de quibus fortasse scriptum ei fuerat. Eadem autem hæc græca verba exstant etiam in exordio Epistulæ I. Libri I. ad Marcum, cuius rei causam non satis dispicio.

V. ΦΡΟΝΤΩΝ ΑΠ· ΑΠΟΛΛΩΝΙΔΗΙ (1)

Κορνηλιανον Σουλπίκιον (2) φιλεῖν ἠρξάμην ἡσθεὶς τῷ τε τρόπῳ τ' ἀνδρὸς καὶ τοῖς λόγοις. Πέφυκεν γὰρ πρὸς λόγους ἄριστα. Οὐκ ἂν δὲ ἔξαρνος εἴην τὰ πρῶτα παρ' ἐμοὶ φέρεσθαι τὴν ἐκ παιδίας φιλίαν. Εὐσταθεῖσαν (3) παιδίαν δὲ ταύτην λέγω τὴν τῶν ῥητόρων. Αὕτη γὰρ δοκεῖ μοι ἀνθρωπίνη. Τισὶν [δὲ] εἶναι τῶν φιλοσόφων θεία τις· ἔστω. Βοήθησον οὖν τὰ δυνατὰ Κορνηλιανῷ ἀγαθῷ ἀνδρὶ δαμοφίλῳ (4) καὶ (φίλῳ) καὶ οὐ φιλοσόφῳ.

(1) Quoniam Appio Apollonidi commendatur Cornelianus rhetor, veniebat mihi in mentem Apollonidis rhetoris, cuius frequens est mentio in *Prochoro* Cap. 20. et seqq. Eum Apollonidem patet fuisse iuvenem quo tempore D. Ioannes Apostolus versabatur in insula Patmo sub exitum imperii Domitiani. Porro ad hunc Apollonidem senem fieri potest ut Fronto scripserit. Sed ne nimis alta petamus, Apollonides chirurgus laudatur ab Artemidoro Frontonis æquali Lib. IV. Cap. 3. et quidem eodem modo, quo paucis post capitibus citatur

FRONTO AP· APOLLONIDI

CORNELIANUM Sulpicium amare cœpi illectus hominis moribus et oratione. Est enim ingenio ad eloquentiam mirifice idoneo. Neque ego inficias eo, quin amicitia eruditionis causa suscepta primas apud me ferat. Constantem hanc dico rhetorum eruditionem, quæ mihi humana videtur. At quibusdam doctrina philosophorum videtur quodammodo divina: esto. Tu pro viribus interea fave Corneliano viro bono, populi studioso et (amico) et non philosopho.

---

et noster Fronto : ut mihi videatur Artemidorus superstitem aut sui æqualem Apollonidem appellare.

(2) De Corneliano Sulpicio recole quæ scribit Fronto in Epistula I. Libri I. ad Amicos, et vide ibi notam nostram 3. p. 128.

(3) *Constantem* dicit rhetoricam artem, quia iisdem semper insistit præceptis atque institutis. At philosophorum, quos heic de more vellicat Fronto, et dogmata et sectæ infinite variant. Liceret etiam interpretari *sanam*.

(4) Ita Cod. ΔΑΜΟΦΙΛΩΙ dorice pro ΔΗΜΟΦΙΛΩΙ. Dorici vocabuli meminit Fronto etiam apud Gellium II. 26. in disputatione quadam grammatica.

VI. ΠΑΡΑ ΑΠΠΙΑΝΟΥ ΦΡΟΝΤΩΝΙ (1)

ΟΥΔΕ *σήμερον ἐδυνήθην σὲ ἰδεῖν διὰ τὴν γαστέρα νυκτὸς ἐνοχλοῦσαν ἕως ἄρτι κοιμηθείς.* Ἃ *δὲ ἀγρυπνῶν ἠπόρουν, οὐ κάτεσχον οὐδ᾽ ἀνεβάλομεν· ἀλλ᾽ ἐκ πολλῶν ὀλίγα σοὶ γέγραφα.* Σὺ *δ᾽ εἰ μὲν δίκαια ἐστὶν, ὡς δικαίοις· εἰ δὲ σχολαστικὰ, ὡς ἁπλοῖς· εἰ δὲ μὴ, ἀλλ᾽ ἐμοίγε ὡς λυπουμένῳ καὶ παρακαλοῦντι πείσθητι καὶ εἶξον.*

Εἰ*κὸς ἕπεσθαι τοῖς κοινοῖς τὰ ἰδιωτικά.* Εὐ*θύνομεν γοῦν τὰ ἴδια πρὸς ἐκεῖνα.* Καὶ *ὁ νόμος οὕτω κελεύει.* Πῶς *οὖν αἱ μὲν πόλεις οὐκ ὀκνοῦσι λαμβάνουσαι παρὰ τῶν διδόντων ἀναθήματα τε καὶ χρήματα καὶ ἀργύριον αὐτὸ πολιτῶν τε καὶ ξένων, ἤδη δέ τινας καὶ αὐτούς (πως) ὑποδιδόντας* (2)· *φίλος δὲ παρὰ*

(1) Hæc inedita Epistula Appiani historici est, quem amicum suum, et vetere consuetudine atque studiorum usu prope cotidiano sibi coniunctum dicit Fronto in Epistula XI. Libri ad Pium. Ex responso autem Frontonis, quod sequitur, apparet Appianum

APPIANUS FRONTONI

Ne hodie quidem videre te potui: vexatus enim per noctem ventris doloribus, usque in hanc horam decubui. Quæ vero inter vigilandum mihi ipsi dubia expedire nequivi, ea neque mente continebo, neque differam, sed pauca e multis ad te nunc scribam. Quibus tu, si ea æqua erunt, ut æquis; sin otiosa, saltem ut sinceris utere: *quod si nihil aliud, certe mihi ut dolenti teque exoranti fidem habe et morem gerito.*

Par est privata communium exemplum sequi. Nostra igitur ad illa exigamus, quum lex quoque ita iubeat. Cur porro urbes siqua dentur aut donaria aut quævis opes, non abnuunt, pecuniamque adeo civium et peregrinorum, immo et homines ipsos, qui se tradunt, excipiunt; amicus autem ab amico

---

obtulisse Frontoni duo mancipia, quæ is respuit, sumptuosum nimis donum existimans. Atque in hoc argumento, utrum scilicet graviora dona sint recipienda nec ne, versantur duæ contrariæ Appiani et Frontonis Epistulæ.

(2) Nota verbum ὑποδίδωμι, quod H. Stephanus vidit in v. l. sine exemplo.

φίλου λαβεῖν ὀκνεῖ παρακαλοῦντος; Καὶ τοὺς θεοὺς (1) δὲ τῷ νόμῳ τῶν πόλεων προσθέναι ταῦτα, παρὰ τῶν ἀνδρῶν καταδεικνύουσιν οἱ θησαυροὶ τῶν θεῶν. Καὶ οἱ φίλιοι δὲ [ἐκ] τῶν διαθηκῶν λαμβάνειν οὐκ ὀκνοῦσιν. Καὶ διὰ τί ἐκ μὲν διαθήκης ἄν τις λάβοι, παρὰ δὲ τῶν περιόντων οὐ λάβοι; ὅποτε καὶ μεῖζον ταῦτ' ἔχει τὸ δεῖγμα τῆς προθυμίας. Οἱ μὲν γὰρ ἄλλον ἄλλου προτιθέασιν· οἱ δὲ περίοντες αὐτῶν τοὺς φίλους προτιθέασιν. Καὶ ἥδιον παρὰ τοῦ περιόντος λαβεῖν, ὅτι καὶ μαρτυρῆσαι περιόντι δυνατόν ἐστι καὶ ἀμείψασθαι. Πάλιν ξένιον μὲν οὔγε θεοῖς, οὔτε πόλει πέμπεται· τὰ σεμνότερα [πᾶς τις] δαίει τοῖς σεμνοτέροις (2). Ἀλλ' οὐκ εἰσὶ ταῦτα βαρύτερα λαμβάνεσθαι; Τὶ γὰρ ἔστι φιλίας καὶ τιμῆς βαρύτερον, ὧν οὐδεὶς (3) [οὐκ οἶδεν] ὥς γ' ἀρείον οὐδέν ἐστιν. Τὶ δὲ βαρὺ ἦν ὅλως, ἢ τὶ ἂν ἐγὼ βαρὺ ἔχοιμι; Οὐδ' ἂν μὲν ἐργασαίμην οὐδὲν, οὐδὲ ὀναίμην, οὐδέ ποτε [δέοι ὡς ἐν

(1) Cod. ΟΙ ΘΕΟΙ.

(2) Ita Cod. pro τοὺς σεμνοτέρους.

(3) Exin Epistula ægerrime in Codice legitur:

orante accipere dubitat? Ac Deos ipsos, præter urbium leges, hoc ius sanxisse, e Deorum thesauris, qui ab hominibus constituti sunt, patet. Et amicos quidem e testamentis aliquid accipere non piget. Cur ergo ex testamento accipiemus, a superstitibus non item? quo tempore maiore etiam studio ac voluntate hæc dari constat. Nam morientes quidem alterum alteri præferunt, superstites autem sibi ipsis amicos anteponunt. Iam dulcius est a vivente accipere: huic enim et testificari et referre gratiam licet. Præterea xenia neque Diis neque urbi offerimus: nam splendidiora quisque apponit splendidioribus. At hæc, ais, nonne gravate accipiuntur? Quid vero est, inquam, amicitia et honore gravius? quibus tamen nihil esse melius, nemo non videt. *Sed quo pacto demum lucrum vel grave reapse est, vel tale iudicandum? Nisi vero aut nihil prorsus acquirendum est, nullusque fructus percipiendus: aut plane* oportet, ut

immo sex circiter versus prorsus in litura perierunt. Iam quænam desiderentur, ex responsione Frontonis facile coniicias.

τῷ] (θεάτρῳ) φασίν [ὅς μὴ] μισθὸν εἶχον, ἐξ οἴκου εἰς οἶκον μέ γε τιθεῖν. Ἐννόησον δὲ κἀκεῖνο, ὅση μὲν ἡδονὴ τῷ πέμψαντι ληφθέντων, ὅση λύπη μὴ ληφθέντων ἐγγίγνεται. Εἰ τὸ καθαρ(ον) .... καὶ μετὰ πο .... προσιέναι σοι. Πιστεύοις δὲ δίκαιον εἶναι τὸν νόμον τῶν τε πόλεων καὶ Θεῶν καὶ φίλων .... φίλῳ δὲ, οὐχ ὡς τούτων (1) ἐπιδεικνύντων θράσος εὐνοίας, ἀλλὰ καὶ τούτω [ἀνδραπόδω] (2) ἔπεμψα τὸ πρὶν ἐπιτρέψῃς. Σὺ δὲ μηδὲ ..... ᾧ γε ἔδει μηδ' ἅπαξ (3).

---

(1) Cod. ΤΟΥΤΟΝ.
(2) Cod. ΚΑΙ ΤΟΥΤΩΝ ΥΠΟΔΕΟΥΣΙ.
(3) Explicit revera Epistula, namque in eadem Codicis pagina proxime attexitur Epistula græca septima.

APPENDICULA

Cl. Ioannes Schweighaeuserus in sua Appiani Editione Lipsiensi anni 1785. Libro *de rebus Punicis* (Tom. I. p. 372-378.) explevit ope MS. Bavarici lacunam qua omnes superiores editiones laborabant. Et merito quidem Editor celebrat (in Præfat. p. 30 - 32.) MS. Bavaricum ut omnium plenissimum. Sed tamen etiam Codex Ambrosianus (G. 57. part. inf.) habet hoc Fragmentum. Quia igitur hæc Appiani particula non exstat, quod sciamus, nisi in duobus MSS., non puto me operam perdere, si varias aliquot lectiones ex Codice Ambrosiano exhibuero.

in *(theatro) aiunt*, me qui *nulla mercede fruar, ne de domo quidem in domum commoveri. Illud etiam cogita, quanta voluptas, si dona recipiantur, mittenti accidat, quantus mœror, si respuantur. Si purum . . . . . accedere ad te. Credes autem, æquam esse legem urbium et Deorum et amicorum . . . . . amico autem non quod ista audacem benevolentiam ostendant, sed tamen hæc (duo mancipia) misi, veniâ abs te non petitâ. Tu vero neque . . . cui oporteret, ne semel quidem.*

Editio Lipsiensis an. 1785. Tom. *I.*			Codex Ambrosianus.
p. 373.	v. 7.	ἐθέλων	ἤθελεν. Ita in margine, sed in textu ἔθελον.
374.	7.	μετριάσαντες . .	φροντίσαντες
376.	4.	Αἰκανοὺς	Λευκανοὺς Ita in margine, sed in textu Αὐκανοὺς
	6.	Σαυνιτῶν	Σαννιτῶν
377.	1.	ἀλλάξωμεν . . .	ἀλλάξομεν
	6.	ὑφίστανται. . .	ὑφίσταται
	8.	Εὐβοεικὰ	Εὐβοϊκὰ ut Cod. Bavaricus.
378.	4.	Λιγύων	Λιβύων ut Cod. Bavaricus.
		Βερμινᾶς	Βέρνας. Ita in margine, sed in textu Βερμίνας.

VII. ΑΠΠΙΑΝΩΙ ΠΑΡΑ ΦΡΟΝΤΩΝΟΣ

ΟΥΚ ἂν ἀπορησόμενος δὲ ἐκεῖνος πιθανῶν λόγων, ὃς πρὸς τὸ πρῶτον ἐνθύμημα τῶν ἀπὸ σοῦ προτεθέντων ἐνίσταιτο, ὡς μὴ δέοι ἕπεσθαι τοῖς κοινοῖς τὰ ἴδια. Πολλὰ γὰρ ἔθη καὶ νόμιμα κοινὰ ταῖς πόλεσιν, καὶ ἴδια τοῖς καθ' ἕκαστον εἰρήσομεν. Οὐχ ὅμοια μάθοιο δ' ἂν προσέχων ταῖς τε δίκαις καὶ τοις ἀγῶσιν τοῖς δημοσίοις, καὶ τοῖς ἰδιωτικοῖς· ἔνθα οὔτε ὁ τόνος τῶν δικαστηρίων, οὔτε τῶν δικαζόντων ὁ ἀριθμὸς, οὔτε τάξις τῶν φάσεων καὶ κλήσεων, οὔτε τοῦ ὕδατος τὸ μέτρον (1), οὐδὲ προστιμήματα τῶν κατεγνωσμένων. Ταῦτα ἅμα [διασημαίνει] πλεῖστον ὅσον διήνεγκεν τά δημόσια τῶν ἰδιων, καὶ ὅτι τῆς μὲν πόλεως ἀναπεπετάσθαι προσήκει τὰς πύλας, εἰσιέναι τε τῷ βουλομένῳ καὶ ἐξιέναι ὅποτε βούλοιτο (2). Ἑκάστῳ δὲ ἡμῶν τῶν ἰδιωτῶν εἰ μὴ φυλάττοι

(1) Notissima est Veterum consuetudo horologio aquario metiendi Oratoribus spatium causæ dicendæ. Eius rei meminit etiam Cicero *De Orat.* Lib. 3.

FRONTO APPIANO

Haud illi deerit probabilis oratio, qui primum argumentum propositionis tuæ refutare aggredietur, atque illud contra asserere, non oportere privata exemplum sequi publicorum. Etenim multas quidem consuetudines et leges communes in urbibus, sed multas etiam privatas inter singulos homines proferemus. Alia iura deprehendes si ad publicas causas et concertationes accedes, alia si ad privatas: in quibus neque tribunalium strepitus est, neque iudicum statutus numerus, neque ordo delationum et postulationum, neque aquæ mensura, neque litis æstimationes damnatis. Illud quoque indicio est, quam vehementer publica differant a privatis, quod urbis quidem portas par est patere, ut ingressu et egressu quivis homo pro libito utatur. Nobis autem privatis nisi

---

Cap. 34. » Hunc (Periclem) non clamator aliquis » ad clepsydram latrare docuerat ».

(2) Cod. videtur habere BOYΛOINTO.

τὰς θύρας, καὶ πάνυ γρηγοροίη ὁ θυρωρὸς εἴργων μὲν τῆς εἰσόδου τοὺς μηδὲν προσήκοντας, τοῖς δὲ οἰκέταις οὐκ ἐπιτρέπων ἀδεῶς ὅποτε βούλοιντο ἔξω βαδίζειν, οὐκ ἂν ὀρθώσοιτο κυρίῳ τὰ κατὰ (1) τὴν οἰκίαν. Καὶ στοαὶ, καὶ ἄλση, καὶ βωμοὶ, καὶ γὴ πᾶσα, καὶ λουτρὰ τὰ μὲν δημόσια πᾶσιν καὶ προῖκα ἀνεῖται· τὰ δὲ τῶν ἰδιωτῶν ὑπὸ σιδηρᾷ κλειδὶ καί τινι Σύρῳ φύλακι· καὶ μισθὸν ἐκλέγουσιν παρὰ τῶν λουομένων. Οὐδὲ τὰ δεῖπνα δὲ ὅμοια τὰ ἰδιωτικὰ καὶ τὰ ἐν πρυτανείῳ. Οὐδὲ ὁ ἵππος ὅ τε ἰδιωτικὸς καὶ ὁ δημόσιος. Οὐδὲ ἡ πορφύρα τῶν ἀρχόντων καὶ τῶν δημοτῶν. Οὐδὲ ὁ στέφανος τῶν ῥόδων τῶν οἴκοθεν καὶ ὁ τῆς ἐλαίας (2) τῆς Ὀλυμπιάσιν.

Ἅμα ταῦτα μὲν ἐάσειν μοι δοκῶ, καὶ χαριεῖσθαι σοι τὸ δεῖν ἕπεσθαι τοῖς δημοσίοις τὰ ἰδιωτικά. Κεχαρισμένος δὲ τοῦτο, οὐκ ἔτι χαρισαίμην ἂν τοῦτο πεις... δεῖν... ἐπιτρέπειν χρῆσθαι. Ἤδη τοῦτο ἐστιν ὁ ἐγὼ φράζω (3).

(1) Cod. ΟΥΚΑΝΟΡΘΩΣΟΙΚΥΡΙΟΙΤΟΤΑΚΑΤΑ etc. quod licet legere οὐκ ἂν ὀρθῶς οἱ κύριοι τότ' ἃ κατὰ etc.
(2) Cod. ΕΛΑΙΣ.

domesticas ianuas servet ac plane vigilet custos, tum arcens ab ingressu eos qui nihil ad nos attinent, tum servos non sinens impune, siquando voluerint, egredi; res domesticæ domino non bene habebunt. Iam et porticus et luci et aræ et terra universa et balnea publica, cunctis et gratis patent: at privatorum balnea clavi ferrea et Syro aliquo custode servantur: quin et merces exigitur a lavantibus. Neque privatarum epularum par est conditio atque earum quæ in Prytaneo suppeditantur. Neque eadem ratio equi privati et publici, neque purpuræ magistratuum et privatorum, neque coronæ ex rosis domesticis et oleaginæ ad Olympiam acceptæ.

Sed enim hoc mihi videor iam omittere posse, vel etiam tibi concedere, solere nimirum privata exemplum sequi publicorum. Hoc ubi largitus fuero, non illud idcirco concedam... sinendum esse ut homines hac consuetudine utantur. Atqui istud scilicet ego contendo.

(3) Cod. ΦΡΑΣΩ.

Τὸ μὲν ἀμφισβητούμενον ἡμῖν οἶμαι τοῦτο ἦν, εἰ χρὴ μεγάλα καὶ πολλῆς τιμῆς ἄξια δῶρα παρὰ τῶν φίλων δέχεσθαι. Ταῦτα προστάσσων, εἰς παράδειγμα ἐκάλεις τὸ τὰς πόλεις μεγάλα δῶρα παρ᾽ ἀλλήλων προσίεσθαι (1)· αὐτὸ δὴ τὸ ἀμφισβητούμενον σφετεριζόμενος, ὦ φιλότης. Ὁ γὰρ τοὺς ἰδιώτας ἐγὼ φάσκων μὴ δεῖν μεγάλα δῶρα παρ᾽ ἀλλήλων λαμβάνειν, τὸ αὐτὸ τοῦτο ἂν εἴποιμι καὶ περὶ τῶν πόλεων, ὡς οὐδὲ τὰς πόλεις δέοι λαμβάνειν. Σὺ δὲ ὡς τοῦτο προσῆκον ταῖς πόλεσιν λαβὼν, εἰς ἀπόδειξιν φέρεις τοῦ καὶ ταῖς ἰδιώταις προσήκοντος. Τὸ δὲ ζητούμενον μὴ δεῖν ἐξ αὐτῶν τῶν ἀμφισβητουμένων ἀποδεικνύειν φήσαις ἄν. Εἰ δὲ τοῦτο φὴς, ὅτι λαμβάνουσιν πολλαὶ πόλεις τὰ τοιαῦτα δῶρα, φαίην ἂν ὅτι καὶ τῶν ἰδιωτῶν πολλοὶ λαμβάνουσι τὰ τοιαῦτα. Ζητοῦμεν δὲ, εἰ ὀρθῶς καὶ προσηκόντως λαμβάνουσιν. Τοῦτο δὲ τὸ ζήτημα ἀπὸ τῶν ἰδιωτῶν ἀρξάμενον διήκει καὶ πρὸς τὰς πόλεις. Τοῦτο μὲν οὖν, δίκαια ποιῶν, ἐν ζητήματος μέρει καταλείψεις, ἀμφισβητήσιμον τὸ

(1) Cod. ΠΡΟΣΕΙΕΣΘΑΙ.

Nobis quippe controversia fuit, an magna et valde pretiosa dona ab amicis accipienda sint. Id tu fieri iubens, exemplum petebas ab urbibus, quæ inter se invicem magna dona solent exhibere: atque id ipsum, quod controversum est, tibi usurpabas, o bone. Ego enim qui aio, non oportere privatos magna dona invicem recipere, idem dico ne urbibus quidem esse recipienda. Tu autem hoc convenire urbibus pro certo sumens, argumento uteris, ut probes, id privatis etiam convenire. Atqui tu me docebis, nullam quæstionem ea ipsa re, quæ est in controversia, esse demonstrandam. Quod si dicas multas urbes reapse accipere eiusmodi dona, fatebor equidem plures etiam privatos eadem recipere. Id autem nos quærimus, utrum recte et convenienter recipiant. Hæc autem quæstio privatos æque complectitur et civitates. Hanc igitur, inquam, controversam urbium consuetudinem, si æquo iure vis agere,

τῶν πόλεων λέγω. Οὐδὲ γὰρ οὐδὲ ἐκεῖνο σ' ἀγνοεῖν οἶμαι, ὡς αἱ πλεῖσται γε τῶν (1) ἐνδοξοτάτων καὶ συννοουμένων πόλεων οὐκ ἐδέξαντο τὰ μεγάλα δῶρα· ὥσπερ ἡ Ῥωμαίων πόλις πολλὰ πολλάκις παρὰ πλείστων πεμπόμενα οὐ προσεδέξατο (2). Ἡ δὲ τῶν Ἀθηναίων βαρύτερα τῶν προσηκόντων ἐκλέγουσα, οὐ πάνυ τι ὤνατο (3).

Τὸ δέ γε τῶν Θεῶν παράδειγμα, ὅτι δῶρα καὶ ἀναθέματα (4) Θεοὶ δέχονται, καὶ πάνυ σοι διὰ βραχέων εἰρημένον, ἐν ἴσῳ τάχει ἀπολύσασθαι πειράσομαι. Οὐδὲ γὰρ προσκυνεῖσθαι

(1) Cod. ΣΩΝ.

(2) Quin ipsa regna testamentis regum populo Romano legata respuit interdum Roma, ne videretur avidior: quod accidit in obitu Alexandri III. regis Ægypti. Nam huic revera successit Ptolomæus Auletes, qui auctoritate etiam populi Romani in regni possessione confirmatus est. Vide Fragmenta Orationis Tullianæ *de Rege Alexandrino* nuper a me primum edita: tum eumdem Tullium in secunda Agraria XVI-XVII. Adde quod narratur in Livii Epitome LXX. » Ptolomæus Cyrenarum rex, » cui cognomentum Apioni fuit, mortuus hære» dem populum Romanum reliquit, et eius regni » civitates senatus liberas esse iussit ». De quo

inter quæstiones relinques. Nam ne illud quidem ignorare te arbitror, plurimas nobilissimas et prudentissimas civitates magna dona non recepisse. Sic urbs Roma multa sæpe a quam plurimis missa respuit. Athenarum autem urbs graviora quam par fuit colligens, non sane sibi profuit.

Iam Deorum exemplum, quod ii scilicet dona et oblationes recipiunt, paucis a te propositum, pari brevitate dissolvere conabor: scilicet non oportuisse me a te coli,

---

tamen Epitomes loco videndus est Sigonius *Antiq. iur. Provinc.* I. 16., nec non Pighius ad ann. U. 657. et 678.

(3) Pulsis Europa Persis, quum Græcorum imperium ad Athenienses delatum esset, hi protinus tributa per quæstores a Græcis sociis exigere aggressi sunt: quod quum severius sæpiusque fieret, magnam invidiam contraxit Atheniense nomen, cœperuntque socii a fœdere deficere. V. Thucydidem I. 96. et seqq.

(4) Nota ΑΝΑΘΕΜΑΤΑ pro ΑΝΑΘΗΜΑΤΑ ut scriptum superius p. 426. Iam monet Suidas utrumque significare *rem Deo donatam*.

μοι προσῆκεν μήτε Θεῷ μήτε αὖ βασιλεῖ Περσῶν ὄντι (1).

Πιθανώτατον δὴ νὴ Δία τὸ τῶν διαθηκῶν ὑπήνεγκας, πῶς (2) δέ ποτε ἐκ διαθηκῶν καὶ τὰ μεγάλα λαμβάνοντες, παρὰ τῶν ζώντων τα.... ταῦτα οὐ προσεισόμεθα (3); Φθάνεις δὲ τὴν αἰτίαν αὐτὸς ὑποβάλλων. Οἱ μὲν γὰρ, ὡσ σὺ φὴς ἄλλον ἄλλου προτιθέασιν οἱ κατὰ διαθήκας χαριζόμενοι· φημὶ δὲ παρὰ τούτων λαμβάνειν προσήκειν. Οἱ δὲ αὖ ζῶντες, ὡς σὺ φὴς, ἑαυτῶν τοὺς φίλους, οἷς χαρίζονται, προτιμῶσιν· δι' αὐτὸ δὲ τοῦτο φημὶ δεῖν τὰ πεμπόμενα μὴ προσίεσθαι (4). Βαρὺ γὰρ ὄντως καὶ ὑπεροπτικὸν καὶ τυραννικὸν ὡς ἀληθῶς τὸ δέχεσθαι τὰς τοιαύτας προτιμήσεις. Ἐν αἴσῳ τιμῶν (5) ἕτερον, δῆλοσ ἐστὶν αὐτὸς αὐτὸν ἀτιμάζων, καὶ ἐν δευτέρῳ τιθεὶς τοῦ προτιμωμένου. Οὐδὲ γὰρ ἵππον ἀναβαίην ἂν, ἀφ' οὗ καταβὰς αὐτός τις καὶ βαδίζων, ἐμὲ

---

(1) De more apud Persas regem muneribus vulgo donandi videndus Ælianus *Var. Hist.* Lib. I. Cap. 31-32.

(2) Cod. ΠΑΣ ΠΟΤΕ.

qui neque Deus neque Persarum quidem rex sim.

Probabilius fuit argumentum quod a testamentis desumptum protulisti: cur nimirum, quum grandes etiam opes testamentis legatas excipiamus, a viventibus porro amicis talia dona suscipere recusemus? Verum eius rei causam tu ipse præoccupans subiecisti. Qui enim ex testamento largiuntur, alterum alteri, ut ipse ais, præferunt: aio autem expedire ab his accipere. At superstites, sibi ipsis, ut ais, amicos, quibus donant, anteponunt: atque hac de causa dico oblata non esse recipienda. Grave enim et superbum et tyrannicum profecto est huiusmodi prælationes recipere. Quippe qui eximie alium honorat, se ipsum aperte deprimit, et inferiore loco ponit. Neque vero ego equum conscenderem, ex quo aliquis se demittens pedesque incedens, me ut equitarem rogaret.

---

(3) Cod. videtur habere ΠΡΟΣΗΣΟΜΕΘΑ.

(4) Cod. ΠΡΟΣΤΕΣΘΑΙ.

(5) Cod. ΕΝΑΙΣΟΤΙΜΩΝ, quod noto, sicui forte placeat aliter legere.

δὲ ἱππάζεσθαι ἀξιοίη. Οὐδὲ ἐν θεάτρῳ καθεζοίμην ἄλλου μοι ὑπανισταμένου. Οὐδὲ ἱμάτιον δεξαίμην ἂν ἐν χειμῶνος ὥρᾳ εἴ τις ἀποδυόμενος ῥυπῴη μὲν αὐτὸς, ἐμὲ δὲ ἀμφιεννύοι. Οἰκειότερος γὰρ αὐτὸς ἕκαστος αὐτῷ, καὶ προτιμᾶσθαι πρὸς αὐτοῦ δικαιότερος.

Φὴς δὲ ξένια μὴ πέμπεσθαι Θεοῖς (1). Ἢ οὐχὶ ξένια ψαιστὰ, πόπανα (2), καί τε μέλι, καὶ ὁ οἶνος ᾧ σπένδομεν, ὡς καὶ τὸ γάλα, καὶ τὰ σπλάγχνα τὰ τῶν ἱερείων; Καὶ ὁ λιβανωτὸς δὲ ξένιον Θεοῦ.

Ταῦτα μὲν πρὸς τὰ ὑπὸ σοῦ σοφῶς καὶ πιθανῶς πάνυ δημοσίων τε καὶ θείων καὶ διαθηκῶν περὶ προτεθέντα ἐνθυμήματα. Τὰ δὲ παρ' ἐμοῦ ταῦτα εἰρήσθω διὰ βραχέων (3).

---

(1) Immo Athenienses in hac sententia fuisse videntur, magis pium erga Deos habendum qui exigua quam qui ampla sacra offerret. Atheniensis enim Euripides sic ait apud Athenæum (Lib. 2. p. 40.):

Θεοῖσι μικρὰ θύοντας τέλη
Τῶν βουθυτούντων ὄντας εὐσεβεστέρους.
Exigua sacra qui Diis offerunt
Religiosiores esse, quam qui immolant boves.

Neque in theatro sederem alio mihi adsurgente. Neque sinerem ut alqiuis hiemali tempore se exuens sordidatus incederet, me vero vestiret. Omnis enim homo proximior ipse sibi est, seque ipsum honorare quemque præ omnibus æquum est.

Dixisti etiam, xenia mitti ad Deos non solere. Anne xeina non sunt liba et placentæ et mel et vinum quo libamus? itemque lac et viscera victimarum? Ipsum thus xenium Dei est.

Atque hæc a me disputata sint adversus ea argumenta, quæ tu satis sapienter et probabiliter a publico et a divino iure, nec non a testamentis sumpsisti. Iam et sponte mea

---

(2) De vocabulis *ψαιστὰ* et *πόπανα* videndi Suidas, Hesychius, atque H. Stephanus. Liceret enim et interpretari aliter, nempe coniunctim *tenues placentæ.*

(3) Vocabulum hoc scriptum est in Codice sic BRAXEΩN, per *R* scilicet latinam, quæ res indicat latinum amanuensem: quare et tota scriptura græca scatet erroribus.

Ὅσα αἰτεῖν ἀναιδὲς καὶ φιλοκερδὲς καὶ πλεονεκτικὸν, ταῦτα καὶ παρ' ἑκόντος λαμβάνειν ὁμοίως ἀναιδοῦς τινος καὶ φιλοκερδοῦς ἀνδρὸς καὶ πλεονέκτου. Αἰτεῖν δέ γε τὰ μεγάλα ἀναιδὲς, πολὺ δὲ μᾶλλον γε λαμβάνειν. Καὶ οὐδὲν διήνεγκεν εἴ [ἀπὸ] παρέχοντος λαμβάνοι τις, ἢ ἀπὸ [αἰτουμένου. Οὐδὲ γὰρ] αἰτεῖν οὐδὲ λαμβάνειν αὐτὰ δῶρα χρὴ [μεγάλα· εἰ δὲ μὴ,] αὐτοὺς μὲν πέμποντας πενεστέρους ἀποδείξει, τοὺς δὲ λαμβάνοντας πλουσιωτέρους παρακευάσει. Ἑκάτερον δὲ τοῦτο ἐν τοῖς μεγάλοις δώροις ἔνεστιν. Εἰ γοῦν ἀποτιμήσεις γίγνοιντο ἡμῖν, ὁ μὲν πέμψας τοὺς δύο τούτους παῖδας μικροτέραν, ἐγὼ δὲ ὁ λαβὼν, μείζω τὴν οὐσίαν ἀποφανοῦμαι. Οὐ γάρ ἐστιν εὐκαταφρόνητος οὔτε ἐν ἀποτιμήσει χρημάτων, οὔτε ἐν ἀντιδόσει οὐσίας (1), οὔτε ἐν ἀπογραφῇ τέλους, οὔτε ἐν καταβολῇ φόρου ὁ τῶν δύο δούλων ἀριθμός.

---

(1) Facultatum permutationes memorat Cicero in *Pisonem* Cap. 21. Sed enim fortasse loquitur Fronto ex more Græcorum, apud quos sæpe excitabantur

paucis tecum agam. Quæcumque petere impudens avarum et cupidum est, hæc eadem qui ab offerente accipiat, pariter impudens homo est et avarus et cupidus. Et impudentis quidem est magna postulare, longe tamen impudentioris accipere. Nihil autem interest, utrum ab *offerente an a* rogato *quis accipiat:* siquidem magna *dona* neque *postulare decet neque accipere,* ne scilicet *qui ea mittunt pauperiores reliquantur, et qui recipiunt ditiores evadant. Utraque enim hæc labes magnis donis inest. Si igitur census nobis instituatur; illum qui dono misit hæc duo mancipia, minores; me vero, si acceperim, maiores opes habere constabit. Neque enim contemnendus est sive in æstimatione divitiarum, sive in facultatum permutatione, sive in descriptione reddit_uum, sive in tributi solutione, duorum servorum numerus.*

---

lites de facultatibus permutandis. Vide, si placet, *de Permutatione* Orationem Isocratis nunc demum integram in Editione Mediolanensi anni 1812.

Ὁ δὲ τὰ βαρύτερα δῶρα πέμπων, οὐχ ἧττον λυπεῖ τοῦ βαρείαν (1) πέμποντος ἐπὶ τὸν συσφαιρίζοντα· ἢ μετὰ τὴν κύλην (2) προπίνοντος τῷ συμπότῃ· εἰς γὰρ μέθην, οὐκ εἰς ἡδονὴν προπίνειν ἔοικεν. Ὥσπερ δὲ τὸν οἶνον ἐν τοῖς σώφροσιν συμποσίοις ὁρῶμεν κυρνάμενον ἀκράτῳ μὲν πάνυ ὀλίγῳ, πλείστῳ δὲ τῷ ὕδατι· οὕτω δὴ καὶ τὰ δῶρα μὲν εἶναι προσῆκεν πολλῇ μὲν σωφροσύνῃ, ἐλαχίστῳ δὲ ἀναλώματι. Τισὶ γὰρ ἂν φαίημεν ἁρμόττειν τὰ πολυτελῆ δῶρα; ἆρα γε τοῖς πένησιν; ἀλλὰ πέμπειν οὐ δύνανται· ἢ τοῖς πλουσίοις; ἀλλὰ λαμβάνειν οὐ δέονται. Τοῖς μὲν οὖν μεγάλοις δώροις τὸ συνεχὲς οὐ πρόσεστιν· ἢ ἐκπεσεῖν ἀνάγκη τῶν ὑπαρχόντων, εἴ τις μεγάλα πέμποι καὶ πολλάκις. Τοῖς δὲ μικροῖς δώροις τό τε συνεχὲς πρόσεστιν, καὶ τὸ ἀμετάγνωστον [ἄνευ φροντίδος] τί [δεῖ] τελέσαι [τῷ] μικρὰ πέμψαντι.

Ὁμολογήσῃς δ᾽ ἂν καὶ τοῦτο, ὡς εἴ τις ἑαυτῷ μὲν ἔπαινον παρασκευάζοι, ἕτερον δὲ ἐπαίνου ἀποστεροίη, οὐ δίκαιος. Ὁ δὲ μεγάλα δῶρα

(1) Apud Veteres etiam celeberrimus fuit pilæ ludus, quo philosophi et reges, nedum ceteri homines, sæpe se oblectarunt. Marcus ipse Aurelius

Iam qui graviora mittit, non minorem molestiam creat, quam qui gravem mittit ad collusorem in pilæ ludo: aut qui post cylen compotori propinat; ad ebrietatem enim, non ad voluptatem propinare videtur. Sicuti autem potum in modestis conviviis pauco mero, aqua plurima misceri videmus; sic et dona multâ cum moderatione, minimo cum dispendio esse oporteret. Quosnam enim sumptuosa dona decere dicemus? An pauperes? At hi mittere nequeunt. An divites? At hi accipere non indigent. Præterea magna dona perpetuitas comitari non potest: aut eum, qui grandia et sæpe mittat, everti bonis necesse est. Parvis autem donis et perpetuitas comes est, et pœnitentia ab iisdem abest, et cura *eum remunerandi qui parva misit.*

Porro et hoc fateberis, siquis laudem ita sibi comparet ut alium eadem spoliet, non iuste id fieri. Atqui tu magna cum mittis,

---

pila lusit apprime, ut testis est Capitolinus (in *Marco* p. 34. C.). Iamvero, ut passim tradunt qui de hoc ludo scripserunt, plura pilarum genera et formæ fuerunt, in iisque gravissimæ quædam.

(2) Κύλη Thericleum poculum satis profundum, ut ait Athenæus Lib. XI. p. 470.

πέμπων, αὐτῷ μὲν ἔπαινον παρασκευάζεις, ὡς μεγαλοφρόνως χαριζόμενος· ἐμὲ δὲ ἐπαίνου ἀποστερεῖς προσίεσθαι βιαζόμενος. Δόξαιμι γὰρ ἂν καὶ αὐτὸς μεγαλόφρων τὰ τηλικαῦτα μὴ προσέμενος. Ἐν δὲ τοῖς μικροῖς τῶν δώρων τόσος ἔπαινος τῷ μὲν πέμψαντι ὅτι οὐκ ἠμέλησεν, τῷ δὲ λαβόντι ὅτι οὐκ ὑπερηφάνησεν (1). Ματεῦσαι [δ' ἂν σοι δόξαιμι τοῖς σου δώροις] μὴ χρώμενος; [εἰ] καὶ [σὺ] σταυρωτοῦ τὸ δῶρον ἐμοῦ πέμψαντος οὐκ ἂν ἔλαβες.

[Εἰ δὲ] παρὰ [σοῦ] πεμφθέντας παιδας ιδόμενος προ-[σέμην ποίαις φροντίσιν ἐμὲ δάκνεσθαι χρῆν; πῶς δ' ἂν ἀμειβησαίμην; σοῦ μὲν ὡς πάλαι] Γλαῦκος (2) χρύσεα τῶν χαλκείων, καὶ τὰ ἑκατόμβοια ἐννεαβοίων ἀμείβοντος. Πᾶσα μὲν γὰρ ἀνάγκη τὸν ἀμειβόμενον ἢ πολὺ πλέονος ἄξια ἀντιπέμπειν, καὶ Ὁμήρῳ μάρτυρι τάς φρένας δοκεῖν ὑπὸ τοῦ Διὸς βεβλάφθαι (2)· ἢ μείω ἀντιπέμποντα, μὴ δίκαια ποιεῖν. Τρίτον δὲ καὶ δικαιότατον, [εἰ] πέμπεται τῷ αὐτῷ [μικρὰ]·

(1) Dixit enim superius Fronto p. 440. superbum esse magna dona et eximios honores admittere.

(2) Iliad. ζ. v. 236.

tibi quidem laudem comparas excelso animo donans; me autem laude orbas, si admittere cogas: nam et ego viderer excelso animo præditus, si hæc non admitterem. Quod si parva sint dona, æqua laus est mittentis quod non neglexit, ac recipientis quod non superbe se gessit. An ego tibi *insanire* videor, *quod* tuis donis *non utor?* siquidem *ne* tu *quidem carnificis donum a me missum recepturus esses.*

Quod si *perpensis his omnibus mancipia nihilominus a te missa recepissem*, quibus anxietatibus me nunc vexari par esset? Qua ratione autem te remunerarer? Dum tu quidem, ut olim *Glaucus, aurea arma æneis, pretiosa vilibus commutasses. Namque omnino necesse est, remunerantem aut multo pretiosiora invicem mittere, et Homero teste, videri divinitus mente captum: aut deteriora rependere, et officio deesse. Tertium igitur reliquum est, idque iustissimum,* ut parva *dona invicem amici mittant, eademque paribus*

(3) Loco citato v. 234.

καὶ τότε ἴσοις δώροις ἀμείβεσθαι. Τοῦτο δὲ ὁ ποιῶν ὁμοιότατος (ἔσῃ) ἐμοὶ τῷ αὐτὰ δὴ τὰ πεμφθέντα ἀποπέμποντι. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν φίλῳ πρὸς τὸν φίλτατον πεπαίχθω. (Τροφεῖ) δὲ . . . καὶ . . . . (Λογιζομένῳ) [δὲ σοὶ] (μείζονα τὸν καρπὸν) αὐτὰ παρέξει.

Explicit Epistula.

muneribus deinde compensent. Hoc si tu facies, in eadem demum sententia versari videberis, in qua ego sum, qui ea quæ ad me missa sunt, remittenda esse iudicavi. Sed hæc hactenus amicus cum amicissimo luserit. (Educatori) autem . . . et . . . . (Porro *hæc quo* tu *diligentius perpendes, eo maiorem fructum*) *inde percipies.*

M. FRONTONIS (*)

DISPUTATIONES GRAMMATICÆ APUD GELLIUM SUPERSTITES

De generibus colorum vocabulisque eorum græcis et latinis.

Gellius Lib. II. Cap. 26.

FAVORINUS philosophus, quum ad M. Frontonem consularem pedibus ægrum viseret, voluit me quoque ad eum secum ire: ac deinde quum ibi apud Frontonem plerisque viris doctis præsentibus, sermones de coloribus vocabulisque eorum agitarentur, quod multiplex colorum facies, appellationes autem incertæ et exiguæ forent: Plura sunt, inquit Favorinus, in sensibus oculorum, quam in verbis vocibusque colorum discrimina. Nam ut alias eorum concinnitates omittamus, simplices isti et rufi et virides colores, singula quidem vocabula, multas autem species differentes habent. Atque eam vocum inopiam in lingua magis latina video, quam græca: quippe qui rufus color, a rubore quidem appellatus est: sed quum aliter rubeat ignis, aliter sanguis, aliter ostrum, aliter crocum, has singulas rufi varietates latina oratio singulis propriisque vocabulis non demonstrat, omniaque ista significat una ruboris appellatione, quum tamen ex ipsis rebus vocabula colorum

(*) Operæ pretium me facturum putavi, si cum huc usque ineditis Frontonis Operibus ea quoque eiusdem Auctoris coniungerem, quæ vel apud alios Scriptores fortuito servata, vel ipsa per se iampridem edita sunt, vel saltem cognita.

mutuetur; et igneum aliquid dicit, et flammeum, et sanguineum, et croceum, et ostrinum, et aureum. Russus enim color, et ruber nihil a colore rufi differunt, neque proprietates eius omnes declarant, ξανθὸς autem et ἐρυθρὸς, et πυῤῥὸς, et φοῖνιξ habere quasdam distantias coloris rufi videntur vel augentes eum, vel remittentes, vel mixta quadam specie temperantes. Tum Fronto ad Favorinum; Non inficias, inquit, imus, quin lingua græca, quam tu videre legisse, prolixior fusiorque sit, quam nostra: sed in iis tamen coloribus, quibus modo dixisti, denominandis, non proinde inopes sumus, ut tibi videmur. Non enim hæc sunt sola vocabula rufum colorem demonstrantia, quæ tu modo dixisti, *russus* et *ruber*; sed alia quoque habemus plura, quam quæ producta abs te græca sunt. Fulvus enim, et flavus, et rubidus, et phœniceus, et rutilus, et luteus, et spadix, appellationes sunt rufi coloris, aut acuentes eum, quasi incendentes: aut cum colore viridi miscentes, aut nigro infuscantes, aut virenti sensim albo illuminantes. Nam phœniceus, quem tu græce φοινικοῦν dixisti, noster est, et rutilus, et spadix phœnicei συνώνυμος, qui factus græce noster est, exuberantiam, splendoremque significat ruboris; quales sunt fructus palmæ arboris, non admodum sole incocti, unde spadicis et phœnicei nomen est. Spadica enim Dorici vocant avulsum e palma termitem cum fructu. Fulvus autem videtur de rufo atque viridi mixtus, in aliis plus viridis, in aliis plus rufi habere: sicut poeta verborum diligentissimus *,

* Virgilius. Et nota iudicium de eo Frontonis, qui cum aliis tribus Scriptoribus et hunc delegit, ex quo Opus suum instrueret *Exempla elocutionum*.

fulvam aquilam dicit et *iaspidem*, *fulvos galeros*, et *fulvum aurum*, et *arenam fulvam*, et *fulvum leonem*. Sic Q. Ennius in annalibus *ære fulvo* dixit. *Flavus* contra videtur ex viridi et rufo et albo concretus; sic *flaventes comæ*, et quod mirari quosdam video, *frondes olearum* a Virgilio dicuntur *flavæ*. Sic multo ante Pacuvius *aquam flavam* dixit, et *flavum pulverem*; cuius versus, quoniam sunt iucundissimi, libens commemini:

Cedo tamen pedem lymphis flavis: flavum ut pulverem,
Manibus isdem, quibus Ulyssi sæpe permulsi, abluam;
Lassitudinemque minuam manuum mollitudine.

Rubidus autem est rufus atrior et nigrore multo mixtus. *Luteus* contra rufus color est delutior; unde ei quoque nomen esse factum videtur. Non ergo, inquit, mi Favorine, species rufi coloris plures apud Græcos, quam apud nos nominantur. Sed ne viridis quidem color pluribus ab illis, quam a nobis, vocabulis dicitur. Neque non potuit Virgilius, colorem equi significare viridem volens, cæruleum magis dicere equum, quam glaucum: sed maluit verbo uti notiore græco, quam inusitato latino. Nostris autem Latinis veteribus cæsia dicta est, quæ a Græcis γλαυκῶπις, ut Nigidius ait, de colore cæli, quasi cælia. Postquam hæc Fronto dixit, tum Favorinus scientiam rerum uberem, verborumque eius elegantiam exosculatus: absque te, inquit, uno forsitan lingua profecto græca longe anteisset: sed tu, mi Fronto, quod in versu Homerico est, id facis.

Καὶ νίκην ἐπ' ἀρετῇ ἀμφήριστον ἔθηκας *.

---

* *Et utri virtute præstemus, ambiguum fecisti.*

Sed quum omnia libens audivi, quæ peritissime dixisti, tum maxime quod varietatem flavi coloris enarrasti, fecistique ut intelligerem verba illa ex annali quartodecimo Ennii amœnissima, quæ minime intelligebam:

Verrunt extemplo placide mare marmore flavo,
Cæruleum spumat mare conferta rate pulsum.

non enim videbatur cæruleum mare cum marmore flavo convenire. Sed quum sit ita ut dixisti, flavus color viridi et albo mixtus, pulcherrime prorsus spumas virentis maris flavum marmor appellavit.

Quod Quadrigarius, cum multis mortalibus *dixit; quid et quantum differret si dixisset*, cum multis hominibus.

Verba sunt Claudii Quadrigarii ex annalium eius tertiodecimo: *Concione dimissa, Metellus in Capitolium venit cum multis mortalibus. inde domum proficiscitur. tota civitas eum reduxit.* Quum is liber, eaque verba M. Frontoni, nobis, ei, ac plerisque aliis assidentibus legerentur; et cuidam haud sane viro indocto videretur, *multis mortalibus* pro *hominibus multis*, inepte frigideque in historia, nimisque id poetice dixisse: tum Fronto illi, cui hoc videbatur, Ain' tu, inquit, aliarum homo rerum iudicii elegantissimi *mortalibus multis* ineptum tibi videri et frigidum? Nihil autem arbitrare causæ fuisse, quod vir modestus, atque puri ac prope quotidiani sermonis *mortalibus* maluit, quam *hominibus* dicere? eamdemque credis futuram fuisse multitudinis demonstrationem, si *cum multis hominibus*, ac non, *cum* Gellius XIII. 28.

multis mortalibus diceret? Ego quidem, inquit, sic existimo, nisi si me scriptoris istius, omnisque antiquæ orationis amor atque veneratio cæco esse iudicio facit, longe atque longe esse amplius, prolixius, fortius, in significanda totius prope civitatis multitudine *mortales* quam *homines* dixisse. Namque multorum hominum appellatio intra modicum quoque numerum cohiberi atque includi potest; *multi* autem *mortales*, nescio quo pacto et quodam sensu inenarrabili, omne fere genus, quod in civitate est, et ordinum, et ætatum, et sexus comprehendunt. Quod scilicet Quadrigarius, ita ut res erat, ingentem atque promiscuam multitudinem volens ostendere, *cum multis mortalibus Metellum in Capitolium venisse* dixit ἐμφατικώτερον, quam si cum *multis hominibus* dixisset. Ea nos omnia, quæ Fronto dixit, quum ita, ut par erat, non approbantes tantum, sed admirantes quoque audiremus, Videte tamen, inquit, ne existimetis semper atque in omni loco *mortales multos*, pro *multis hominibus* esse dicendum, ne plane fiat græcum illud de Varronis satyra proverbium, τὸ ἐπὶ τῇ φακῇ μύρον *. Hoc iudicium Frontonis, etiam de parvis minutisque vocabulis, non prætermittendum putavi, ne nos forte fugeret, lateretque subtilior huiuscemodi verborum consideratio.

An harena, cælum, triticum *pluralia inveniantur? Item* quadrigæ, inimicitiæ, *nonnullaque præterea alia vocabula, an singulari numero comperiantur?*

Gellius XIX. 8. ADOLESCENTULUS Romæ, priusquam Athenas concederem, quando erat a magistris auditionibusque obeundis otium, ad Frontonem Cornelium visendi

---

* *In lente unguentum:* quod dicitur de re absurda.

gratia pergebam, sermonibusque eius purissimis bonarumque doctrinarum plenis fruebar. Nec umquam factum est, quotiens eum vidimus, loquentemque audivimus, quin rediremus fere cultiores doctioresque, veluti fuit illa quodam die sermocinatio illius, levi quidem de re, sed a latinæ tamen linguæ studio non abhorrens. Nam quum quispiam familiaris eius bene eruditus homo, tum poeta illustris, liberatum se esse aquæ intercutis morbo diceret, quod harenis calentibus esset usus: tum illudens Fronto, Morbo quidem, inquit, cares, sed verbi vitio non cares. Caius enim Cæsar ille perpetuus dictator Cn. Pompeii socer, a quo familia et appellatio Cæsarum deinceps propagata est, vir ingenii præcellentis, sermonis præter alios suæ ætatis castissimi, in libris quos ad M. Ciceronem de Analogia conscripsit, *harenas* vitiose dici existimabat, quod *harena* numquam multitudinis numero appellanda sit, sicuti neque *cælum*, neque *triticum*. Contra autem *quadrigas*, etiamsi currus unus equorum quatuor iunctorum agmen unum sit, plurativo semper numero dicendas putat, sicut *arma*, et *mœnia*, et *comitia*, et *inimicitias*: ni quid contra ea dicis, poetarum pulcherrime, quo et te purges, et non esse id vitium demonstres. De *cælo*, inquit ille, et *tritico* non inficias eo, quin singulo semper numero dicenda sint, neque de *armis*, et *mœniis*, et *comitiis*, quin figura multitudinis perpetua censeantur; videbimus autem post de *inimicitiis* et *quadrigis*. Ac fortassean de *quadrigis* veterum auctoritati concessero, *inimicitiam* tamen, sicut *inscitiam*, et *impotentiam*, et *iniuriam*, quæ ratio est quamobrem

C. Cæsar vel dictam esse a Veteribus, vel dicendam a nobis non putat? quando Plautus, linguæ latinæ decus, *delicium* quoque ἑνικῶς dixerit, pro *deliciis*?

Mea, inquit, *voluptas*, *mea delicia.*

Inimicitiam autem Q. Ennius illo memoratissimo libro dixit:

Eo, inquit, *ingenio natus sum: amicitiam*
Atque inimicitiam in fronte promptam gero.

Sed enim *harenas* parum latine dici, quis, oro te, alius aut scripsit, aut dixit? ac propterea peto, ut si C. Cæsaris liber præ manibus est, promi iubeas: ut quam confidenter hoc dicat, æstimari a te possit. Tunc prolato libro de Analogia primo, verba hæc ex eo pauca memoriæ mandavi. Nam quum prædixisset, neque *cœlum triticumve*, neque *harenam* multitudinis significationem pati: *Num tu*, inquit, *harum rerum natura accidere arbitraris, quod unam terram, et plures terras, et urbem et urbes, et imperium et imperia dicamus, neque quadrigas in unam nominis figuram redigere, neque harenam in multitudinis appellationem convertere possimus*? His deinde verbis lectis sibi, Fronto ad illum poetam, Videtur ne tibi, inquit, C. Cæsar de statu verbi contra te satisque aperte, satisque constanter pronunciasse? Tum permotus auctoritate libri poeta, Si a Cæsare, inquit, ius provocandi foret, ego nunc ab hoc Cæsaris libro provocassem. Sed quoniam ipse rationem sententiæ suæ reddere supersedit, nos te nunc rogamus, ut dicas, quam esse causam vitii putes, et in *quadriga* dicenda, et in *harenis*. Tum Fronto ita respondit, *Quadrigæ* semper, etsi multiiugæ non sunt, multitudinis tamen numero tenentur: quoniam quatuor simul equi iuncti

quadrigæ quasi *quadriiugæ* vocantur. Neque debet prorsus appellatio equorum plurium includi in singularis numeri unitatem. Eamdemque ibi rationem habendam, sed in specie dispari; nam quum *harena* singulari numero dicta, multitudinem tamen, et copiam significet minimarum, ex quibus constat, partium; indocte et inscite *harenæ* dici videntur: tanquam id vocabulum indigeat numeri amplitudine, quum ei singulariter dici ingenita sit naturalis sui multitudo. Sed hæc ego, inquit, non ut huius sententiæ legisque fundus subscriptorque fierem, sed ut ne Cæsaris, viri docti, opinionem ἀπαραμύθητον destituerem. Nam cum *cælum* semper ἑνικῶς dicatur, *mare* et *terra* non semper, et *pulvis*, et *ventus*, et *fumus* non semper: cur *inducias*, et *cæremonias* scriptores veteres nonnumquam singulari numero appellaverunt? *ferias*, et *nundinas*, et *inferias*, et *exequias* numquam? Cur *mel* et *vinum*, atque id genus cetera, numerum multitudinis capiunt, *lac* non capiat? Quæri, inquam, ista omnia et enucleari, et excuti ab hominibus negotiosis in civitate tam occupata non queunt. Quin his quoque ipsis, quæ iam dixi, demoratos vos esse video, alicui, opinor, negotio destinatos. Ite ergo nunc, et quando forte erit otium, quærite an *quadrigam*, et *harenas* dixerit e cohorte illa dumtaxat antiquiore vel oratorum aliquis, vel poetarum, id est, classicus, assiduusque aliquis scriptor, non proletarius. Hæc quidem Fronto requirere nos iussit vocabula: non ea re, opinor, quod scripta esse in nullis veterum libris existimaret, sed ut nobis studium lectitandi, in quærendis rarioribus verbis, exerceret. Quod unum ergo

rarissimum videbatur, invenimus *quadrigam* numero singulari dictam, in libro satyrarum M. Varronis, qui inscriptus est *Exdemetricus*. *Harenas* autem πληθυντικῶς dictas minore studio quærimus: quia præter C. Cæsarem, quod equidem meminerim, nemo id doctorum hominum dedit.

Verba præter propter, *in usu vulgi prodita*, *etiam Ennii fuisse*.

Gellius XIX. 10. MEMINI me quondam et Celsinum Iulianum Numidam ad Frontonem Cornelium, pedes tunc graviter ægrum, ire et visere: atque ibi, qui introducti sumus, offendimus eum cubantem in scimpodio græciensi, circum undique sedentibus multis doctrina aut genere aut fortuna nobilibus viris. Assistebant fabri ædium complures balneis novis moliendis adhibiti: ostendebantque depictas in membranulis varias species balnearum. Ex quibus quum elegisset unam formam speciemque veris: interrogavit, quantus esset pecuniæ conspectus, ad id ratum opus absolvendum. Quumque architectus dixisset, necessaria videri esse sestertia ferme trecenta: unus ex amicis Frontonis, et præter propter, inquit, alia quinquaginta. Tum Fronto dilatis sermonibus, quos habere de balnearum sumtu institerat, aspiciens ad eum amicum, qui dixerat quinquaginta esse alia opus præter propter, quid hoc verbi esset, *præter propter* interrogavit. Atque ille amicus, Non meum, inquit, hoc verbum est, sed multorum hominum, quos loquentes id audias. Quid autem id verbum significet, non ex me, sed ex grammatico quærendum est: ac simul digito

demonstrat grammaticum haud incelebri nomine Romæ docentem, sedentem. Tum grammaticus usitati pervulgatique verbi obscuritate motus, Quærimus, inquit, quod honore quæstionis minime dignum est: nam nescio quid hoc prænimis plebeium est, et in opificum sermonibus quam in hominum doctorum, notius. At enim Fronto, iam voce atque vultu intentiore, Itane, inquit, magister, dehonestum tibi deculpatumque hoc verbum videtur, quo et M. Cato, et M. Varro, et pleraque ætas superior ut necessario et latino usi sunt? Atque ibi Iulius Celsinus admonuit in tragœdia quoque Ennii, quæ Iphigenia inscripta est, idipsum de quo quærebatur, scriptum esse, et a grammaticis contaminari magis solitum, quam enarrari. Quocirca statim proferri Iphigeniam Q. Ennii iubet. in eius tragœdiæ choro inscriptos esse hos versus legimus:

Otio qui nescit uti, plus negotii habet,
Quam quum est negotium in negotio.
Nam cui quod agat institutum est, nullo negotio
Id agit: studet ibi, mentem atque animum delectat suum.
Otioso in otio animus nescit quid velit.
Hoc idem est: neque domi nunc nos, nec militiæ sumus,
Imus huc, hinc illuc: quum illuc ventum est, ire illinc lubet,
Incerte errat animus: præter propter vita vivitur.

Hoc ubi lectum est: tum deinde Fronto ad grammaticum iam labentem, Audistine, inquit, magister optime, Ennium tuum dixisse *præter propter*, et cum sententia quidem tali, quali severissimæ philosophorum esse obiurgationes solent? Petimus

igitur dicas, quoniam de Enniano iam verbo quæritur, qui sit notus huiusce versus sensus?

Incerte errat animus: præter propter vita vivitur.

Et grammaticus sudans multum, ac rubens multum, quum id plerique prolixius riderent, exsurgit: et abiens, Tibi, inquit, Fronto postea uni dicam, ne inscitiores audiant, ac discant. atque ita omnes, relicta ibi quæstione verbi, consurreximus.

Quos pumiliones *dicimus*, græce νάνους appellari.

Gellius XIX. 13. STABANT forte una in vestibulo palatii fabulantes Fronto Cornelius et Festus Postumius et Apollinaris Sulpicius: atque ego ibi assistens, cum quibusdam aliis, sermones eorum, quos de litterarum disciplinis habebant, curiosius captabam. Tum Fronto Apollinari, Fac me, inquit, oro, magister, ut sim certus, an recte supersederim *nanos* dicere parva nimis statura homines, maluerimque eos *pumiliones* appellare? quoniam hoc scriptum esse in libris Veterum memineram: *nanos* autem sordidum esse verbum, et barbarum credebam. Est quidem, hoc, inquit Apollinaris, in consuetudine imperiti vulgi frequens, sed barbarum non est, censeturque linguæ græcæ origine: νάνους enim Græci vocaverunt brevi atque humili corpore homines paulum supra terram exstantes: idque ita dixerunt, adhibita quadam ratione etymologiæ *, cum sententia vocabuli

* Aristoteles de Part. Animal. Lib. IV. Cap. 10. ait: Ναυῶδες ἐστὶν οὗ τὸ μὲν ἄνω μέγα, τὸ δὲ πεζεῦον μικρόν: nanus est is, cuius pars superior magna est, inferior, quæ motum exercet, parva.

competente, et si memoria, inquit, mihi non labat, scriptum hoc est in comœdia Aristophanis, cui nomen est Ἀκλαὴς. Fuisset autem verbum hoc a te civitate donatum, aut in latinam coloniam deductum, si tu eo uti dignatus fores, essetque id impendio probabilius, quam quæ a Laberio ignobilia nimis, et sordentia in usum linguæ latinæ intromissa sunt. Tum Festus Postumius grammatico cuipiam latino, Frontonis familiari, Docuit, inquit, nos Apollinaris *nanos* verbum græcum esse; tu nos doce in quo de mulis aut equuleis humilioribus vulgo dicitur, an ne latinum sit? et apud quem scriptum reperiatur? Atque ille grammaticus, homo sane perquam in noscendis veteribus scriptis exercitus, Si piaculum, inquit, non committitur, præsente Apollinari, quid de voce illa græca latinave sentiam di-ere; audeo tibi, Feste, quærenti respondere, esse hoc verbum latinum, scriptumque inveniri in poematis Helvii Cinnæ non ignobilis neque indocti poetæ, versusque eius ipsos dixit; quos, quoniam memoriæ mihi forte aderant, adscripsi:

At nunc me geniana per salicta
Binis rheda rapit citata nanis.

·M· FRONTONIS

FRAGMENTA MISCELLA

EX CHARISIO

In Putschio DUUM. Fronto ad M. Antoninum (1), *De ferro*
p. 101. v. 44. *Olliensibus duum.* Item, *Vestrorum doctum Principem et navum modulorum, et tibicinum odio fuisse divino tum scimus* (2).

111. 43. PARENTUM. Fronto pro Ptolomæensibus, *Parentum tuorum.*

177. 34. COTIDIANO. Fronto ad Marcum Imp. *Mihi satis abundeque honorum est, quos mihi cotidiano tribuis* (3).

164. 35. MALE pro valde. Fronto ad Antoninum Imp. Libro II. *Male me, Marce, præteritæ vitæ meæ pœnitet.*

197. 31. USQUEQUAQUE. Fronto ad Marcum Imp. *Adest etiam usquequaque tibi natura situs lepos et venustas.*

198. 6. VESPERA. Aurelius Cæsar ad Frontonem II. *Vespera fatigatus, luce dormitans* (4). Fronto vero ad

---

(1) Male in Putschio Charisius, *ad M. Antonium.*

(2) Pessime corruptus locus apud Charisium, qui tamen prodit nunc sanus in mea Editione *de Feriis Alsiensibus* p. 181-182. Ceterum Charisius videtur legisse *duum* pro *doctum*: alioqui locum frustra laudaret.

(3) Inter honores Frontoni ab Augustis delatos collocanda est etiam dignitas senatoria, quam ipse Fronto memorat in Epistula 5. Libri prioris ad Verum, sed nos imprudentes in illius vita prætermisimus.

(4) Exstat hic locus in mea Editione *ad M.* Lib. 2. Epist. 9. p. 81. Sed ibi, ut in Codice, *vespere* pro *vespera.*

Antoninum quinto (1). *Ad eum vespera in triduum mittant.*

EX P. CONSENTIO.

Fronto ait, *Et illæ vestræ Athenæ* DOROCORTHORO (2). Apparet nominativo casu posuisse DOROCORTHORO. In Putschio p. 2031. 16.

EX SERVIO.

Sunt multæ unius partis utrique sufficientes elocutiones, ut *tenemur amicitiis*: ridiculum enim est, si addas *mutuis*, cum *amicitiæ* utrumque significent, sicut Fronto testatur. Ad Æneid. I. 409.

HUNC INTER. Per hunc. Terentius: *Dum rus eo, cœpi egomet mecum inter vias.* Est autem crebra Frontonis elocutio. VII. 30.

FULVOSQUE LUPI DE PELLE GALEROS. *Galerus* genus est pilei, quod Fronto genere neutro dicit, *hoc galerum.* 688.

EX ISIDORO.

CARCER est a quo prohibemur exire, et dictus *carcer* a *coercendo*. Hinc Fronto: *ut pergræcari potius amœnis locis, quam coerceri carcere viderentur.* Etym. XV. 2. 46.

---

(5) De Libro quinto ad Antoninum vide dicta a nobis in Commentario prævio Part. I. Cap. 24. p. 60-61.

(6) Scribe *Durocorthoro*, quæ est urbs Galliæ Belgicæ satis clara.

CORNELII FRONTONIS (*)

OPUS EDITUM

DE DIFFERENTIIS VOCABULORUM

INTER ultionem et vindictam. Ultio vindicat factum. Vindicatio futura prohibet. Ideo Mars Ultor, non Vindex dicitur. Prædam et rapinam. Præda victos spoliat. Rapina subito venit. Itaque illa victoria gaudet, hæc petulantia.

Cur et quare. Cur simpliciter percontatur. Quare causam rationemque desiderat.

Delictum et peccatum. Qui deliquit, non fecit quod facere debuit. Qui peccavit, hoc fecit, sed parum recte.

Remedium et medicamentum. Remedium ne periclitemur datur. Medicamentum ad subita pericula aptatur. Atque ita Remedium submovet imminentia: Medicamentum sanat insana.

Flumen et fluvium. Flumen idem fluit et manet. Fluvius temporibus siccatur.

Corinthium et Corinthiacum. Corinthium civem dicemus: Corinthiacum vas.

Roseum et rosaceum. Roseum per se: Rosaceum mixtum.

(*) Marci Frontonis nomen fuisse *Cornelium* satis evidenter statuimus in Commentario prævio Part. I. Cap. 5. Opus autem *de Differentiis vocabulorum* Præceptori divorum Fratrum Frontoni docti homines plerique omnes sine dubio tribuunt. Quare haud scio cur in Lexico Cl. Forcellinus nullo prolato argumento Scriptum hoc alii Frontoni adscribendum censeat.

Fuscum et nigrum. Fusco album opponitur: Nigro candidum.

Pugnare, oppugnare et impugnare. Qui Pugnat, resistit: qui Oppugnat, obsessor est: qui Impugnat, per omnia inimicus est. Itaque pugnat exercitus: Oppugnantur vel castra vel urbes: Impugnantur inimici.

Album et candidum. Album natura fit: Candidum cura.

Decus et decorem. Decus honoris: Decor formæ.

Pompei porticus, et Pompeia, et Pompeiana. Pompei, si possidet: Pompeia, si publicavit: Pompeiana, si in alterius dominationem venit.

Satiatum et Saturatum. Satiatus ventris: Saturatus animi.

Obiurgat eum, cuius habet potestatem. Monet, propter benevolentiam. Admonet, ut confirmet memoriam. Submonet, ut possit ordinate pronuntiare. Igitur in Obiurgante potestas: in Monente benevolentia: in Admonente memoria: in Submonente officium.

Antiquum et vetus. Antiquum est, quod excessit patrum memoriam. Vetus annorum multorum sentit utilitatem. Vinum hoc melius est, quo fit vetustius.

Sartrix et Sarcinatrix. Sartrix, quæ sarcit: Sarcinatrix, quæ sarcinas servat.

Videre, et spectare, et intueri, et aspicere et cernere, et animadvertere. Videmus natura: Spectamus voluntate: Intuemur cura: Aspicimus ex improviso: Animadvertimus et Cernimus animo.

Ostentum et Portentum, et Monstrum et Prodigium. Ostentum, quod præter consuetudinem offertur, ut puta si videatur terra ardere, vel

cælum, vel mare. Portentum quod porro et diutius manet, futurumque postmodum aliquid significat. Monstrum est contra naturam, ut est Minotaurus. Prodigium, quod mores faciunt, per quod detrimentum expectatur. Itaque qui Prodigia faciunt Prodigi vocantur. In Ostento raritas admirationem facit. In Monstro rectus ordo naturæ vincitur. In Portento differtur eventus. In Prodigio detrimentum significatur.

Turbam et Frequentiam. Angustus locus facit turbam. Frequentiam multitudo.

Putant et suspicantur. Qui Putant, omni genere errant. Qui Suspicantur, aliquid prævident.

Frater et germanus. Frater aut ex alia matre, aut ex alio patre potest esse. Germanus ex iisdem parentibus sit necesse est.

Sermo et loquela: Sermo omnium gentium est. Loquela cuiusque gentis propria dialectus.

Comes, et assecla, et sodalis, et cliens. Comes iter facit. Assecla sequitur potentiorem. Sodalis adolescentiæ nomen est. Cliens implorat opem et fidem. Ita Comes tutus, Assecla officiosus, Sodalis amicus, Cliens summissus.

Causa et ratio. Causa docet factum. Ratio solvit obscura.

Nomen et vocabulum. Nomen proprium indicat. Vocabulum diffundit significationem.

Horret et trepidat. Horret corpus. Trepidat motus animi.

Quærere et inquirere et desiderare. Quærimus disciplinam. Inquirimus, de quo dubitamus. Desideramus, vel quod diligimus, vel quod amisimus.

Temerarius et audax. Temerarius, qui sine respectu salutis obiicit se periculis. Audax sine ratione impetum facit. Ergo Audax non prævidet, Temerarius non timet.

Longum et longinquum. Longum præverbium est, itaque verbum illi apponitur. Longinquum itineris est.

Felix et fortunatus. Felix ita natus est. Fortunatus cum opibus nomen accipit. Ita Felix naturæ bono fruitur: Fortunatus commodo temporis.

Æstas et æstus. Æstas est pars anni: Æstus calor temporis. Æstus a nimio calore nomen accepit: Æstas nomen non amittet etiamsi temperata est.

Citius et celerius. Citius præverbium qualitatis prælativæ simile cognominis pro maturum est etiam significantiam habens, ut iam fessi ante tempus re facta *, ut loquatur non ostendit qualitatis sed temporis, at celeritas sui temporis est perfecta.

Simul et una. Simul locum demonstrat: Una congregationem.

Comminus et Eminus a iaculis; quod illud a manibus non recedit; hoc e manibus emittitur.

Parsi et peperci. Parsi semel: Peperci sæpius.

Dicere et loqui et narrare. Dicimus quod volumus. Loquimur invicem. Narramus quod ignoratur.

Vultus et os. Vultus proprie hominis: Os omnium.

Memoriose et memoriter. Memoriosus habet ad dicta factaque referenda memoriam. Memor beneficii memoriam vel iniuriæ refert. Ita Memoriose qui facit, ostendit in omni re naturæ bonum: Memoriter, gratum vel fortem ex eo ostendit,

(*) Ita *re facta* in editione Veneta anni 1522. At Putschiana peius *refata*. Et locus quidem vel mutilus est, vel certe obscurus.

quod vel retribuit beneficium gratè, aut iniuriam vindicat fortiter.

Ordinare et disponere. Ordinatio simplex est: Dispositio vaga.

Consideratius et considerantius. Consideratius præverbium ex cognomine. Considerantius ex participio.

Dedicatum et consecratum. Dedicatur Deo: Consecratur quasi sanctum constituitur, hoc est Dedicatur Deo: Consecratur quod profanum sit.

Quatenus et quatinus. Quatenus, qua fini: Quatinus, quoniam.

Voluntatem et voluptatem. Voluntas facto gaudet: Voluptas fieri cupit.

Novissimum et ultimum. Novissimum ordinis: Ultimum orbis.

Furtim et furaciter et furtive. Furtim, cum incipit. Furaciter, quasi artificiose a consuetudine involandi. Furtive, iam quod ablatum. Ergo Furtim Furaciter Furax Furtive locus facit.

Imum et infimum. Imum summo respondet. Infimum, ut infra humum.

Commodare et adcommodare. Commodat mutuam pecuniam. Adcommodat, aptat.

Splendorem et fulgorem. Fulget natura, ut ignis, sol. Splendet, ut aurum, argentum.

Mereri et merere. Meret pretium: Meretur gratiam. Itaque illud vectigale, hoc honoratum est.

Pedale et pedule Pedale mensura est pedis. Pedule vero sub pedibus præstat utilitatem.

Araneum et araneam. Araneum, quod textum est: Aranea, quæ texit.

Opinionem et rumorem et famam. Opinio hominem suspectum facit. Fama vel commendat, vel

destruit. Rumor indicat. Opinio ostendit: Fama iudicat: Rumor tumultuatur.

Querimoniam et Querelam. Querimonia certæ rei est. Querela supervacua est. Itaque prior gravitatis; posterior levitatis est.

Transfugam et perfugam. Transfuga suos reliquit, et ad alios venit. Perfuga supplex est, ergo Transfuga ut adiuvetur.

Hunc, et istum, et illum, et eum. Hunc et Istum in proximo notant. Illum ostendit quidem longe stantem, sed in conspectu. Eum, absentem refert.

Glorium et gloriosum et gloriatorem. Glorius unius est gloriæ. Gloriator, non habet causam gloriandi, sed tamen gloriatur. Gloriosus pluribus de causis esse cogitur.

Abrogantem et adrogantem. Adrogat aliquid sibi etiamsi non meruit. Abrogat, qui alii aufert, vel qui legem tollit.

Continue et continuate. Continue facimus. Continuate sine intermissione.

Externum, et alienum, et extraneum, et extrarium. Externus est exteræ gentis. Alienus nullo loco, sed re differunt. Extraneus qui extra eandem ianuam est. Extrarius qui extra eandem aream est.

Lucidum et luminosum. Lucidum est quod aperto cælo lumen accipit. Luminosum quod multis foraminibus illuminatur.

Expertum et experrectum. Expertus est aliquid, aut in bona parte, aut in mala. Experrectus de somno.

Delubrum, et sacellum, et templum, et lucum, et fanum, et bidental. Delubrum, in quo homines

pericula sua deluunt; ponunt enim vel pilum, vel scutum, vel alia plura suscepta votis. Sacellum, parvulum ædificium Diis consecratum. Templum, in loco augurato. Lucus, locus fulmine ictus, et arborum spissitate tectus. Fanum Fauno consecratum; unde Fauni appellabantur prius et illi qui vagabantur Fanatici. Bidental, locus fulmine tactus et expiatus ove, Bidentes enim oves appellantur.

Occidere, et interficere, et perimere, et iugulare, et necare. Interficere et Perimere prisca sunt. Occidere ob cædem dictum est. Iugulare, ob iugulum. Necare, a nece. Interficere, a facto.

Virtutem et fortitudinem, et vigorem, et velocitatem, et vehementiam. Virtus hominis summum bonum est, quæ in oratione et in cursu potest videri Fortitudo, vis corporis ad sustinendos labores. Vigor animi habet elationem. Velocitas, corporalis celeritas, quasi veloxcita. Vehementia, a vi et impetu mentis.

Facultatem et facilitatem. Facultas locupletis. Facilitas artificis est. Itaque dives Facultatem habet multa vel emendi, vel redimendi. Artifex opera perficiendi facilitatem.

Silere et tacere. Silet, cuius loquentis sermo comprimitur ab ipsa significatione literæ, S. Tacet, qui nec loqui quidem cœpit.

Ignoscere et concedere. Ignoscit, qui dissimulat se nosse quod comperit, et ita silentio peccata impunita fecerit. Concedit, qui omnia peccata condonat.

Habere et possidere. Habere potest etiam fur nequam. Possidet nemo, nisi qui aut testamento

relictæ, aut donatæ rei, aut emptæ dominus est. Ita in Habente onus: in Possidente ius est.

Munus et donum. Munus, quod amicus, vel cliens, vel libertus officii causa mittunt, vel Munus gladiatorium. Donum, quod Diis datur; inde ubi dona ponuntur, Donarium appellatur. Possunt et illa nihilominus Dona dici, quæ donant pauperibus divites vel potentes. Illud quoque Donum putandum est, quod militibus donatur in castris, ut Vallaris corona.

Noxam et noxiam. Noxa pœna est: Noxia culpa.

Scientem et scitum. Sciens, qui scit. Scitus qui scitur vel festivus.

Animantia et animalia. Animantia animus facit. Animalia animam habent.

Visum et visitatum. Visum semel: Visitatum sæpius scito esse.

Abspulsum et repulsum. Abspulsus est a quo pulsus. Repulsus, retropulsus.

Metum et timorem et formidinem et pavorem. Metus motus est animi: Timor tumor: Formido fert interdum rationem: Pavor puerilis est.

Reperire, inveniri. Reperimus nostra. Invenimus aliena.

Videte et videtote. Videte imperat. Videtote, mandat.

Proprium et privatum. Proprium cuiusque proprium. Privatum non publicum.

Onus et sarcinam. Onus vehiculorum et maius est: Sarcina hominum.

Sumere et accipere. Sumimus quæ posita sunt. Accipimus quæ porriguntur.

Locupletem, et divitem, et opulentum, et potentem, et beatum, et fortunatum, et pecuniosum.

Locuples a copia locorum. Dives, quia dividendi facultatem habet. Opulentus, ab opibus. Potens, qui quod vult potest. Fortunatus, cui forte aliquid contingit. Beatus vero, qui apud Græcos μακάριος est. Pecuniosus, qui habet pecuniam vel pecora.

Grandem et magnum, et immane. Grande, incremento: Magnum in amplitudine: Immane, præcipuæ amplitudinis.

Poeticen, et poesin, et poema, et poeticum. Poetice est rei, ut historice. Poesis operum contextus Poema certis pedibus et legitimis inclusa materia. Poeticum in Poeta utile est.

Homonymiam et synonymiam. Homonymia una voce multa significat. Synonymia multis vocibus idem testatur.

Clupeum et clypeum. Clupeum armorum. Clypeum imaginis.

Parvum, et breve et exiguum, et pusillum. Parvum in tempore. Breve, in spacio. Exiguum, in corpore infantis. Pusillum, in corpore pumilionis.

Involare et subripere. Involat, qui in die venit. Subripit, clam, id est furtive.

Speciem, et specialitatem, et specietatem. Species divisio est generis. Specialitas ficta est ab Antonio grammatico *. Specietas, qualitatis.

Præverbium et adverbium. Præverbium est euphemon. Adverbium et vitiosum et fictum est; tamen in usu nunc est receptum.

Compendium, et dispendium, et damnum et detrimentum et iacturam. Compendium undique ad

---

* Cum Antonio Iuliano (rhetore) versatum se ait Gellius, deque eo loquitur I. 4. IX. 1. 15. XV. 1. XVIII. 5. XIX. 9. XX. 9. quibus plerisque ex locis apparet eumdem fuisse et grammaticum.

pondus pertinet. Dispendium detexitur in ponderibus. Damnum dat omnibus. Detrimentum usu tritum. Iactura quod iacitur ex onere navis.

Ægrum et ægrotum. Æger animo: Ægrotus corpore.

Alitudinem, et alimentum, et alimoniam. Altitudo incrementum est corporis. Alimentum incrementum infantis. Alimonia derivativum ab alendo, quasi particula animi.

Æquale et æquabile. Æqualis alterius staturæ par. Æquabile, quod æquari potest.

Inscium et nescium. Inscius aliquid nescit. Nescius nil novit. Alter in parte errat; alter in toto.

Glaciem et nivem. Glacies est quæ ex coitu aquæ constagnat. Nix ventorum ritu cadit.

Contrarium et adversarium. Contrarium negotium. Adversarius homo.

Gallum et Gallicum. Gallus natione: Gallicus ex Gallia.

Acuere et Exacuere, præpositione distinguuntur.

Incertum et dubium Incertum nec tempus nec numerum recipit. Dubium a duobus incipit.

Ambulare et inambulare. Ambulare incipiunt infantes. Inambulant homines.

Modulari et moderari. Modulari est carmen. Moderari est modum imponere.

Barbaram locutionem et barbarismon. Barbara locutio proprie peregrina est. Barbarismos fit etiam in latini sermonis locutione.

Cadere et decidere. Cadit etiam in plano. Decidit ex alto.

Subsidium, et præsidium, et auxilium. Subsidium quod subest deficientibus. Præsidium imponitur. Auxilium repentinum est. Ita Subsidium ad

secundos casus præparatur. Præsidium ad custodiam collocatur: Auxilium ut prosit ex insperato venit.

Distrahere, et deducere, et divellere. Distrahere a trahendo. Deducere a ducendo. Divellere a vellendo.

Corruptelam et corruptionem. Corruptela ipsa res est: Corruptio corrumpentis administratio.

Cærulum et cæruleum. Cærulus naturæ color est. Cæruleus naturam fingit. Ita alterum est; alterum fit.

Properare et festinare. Qui Properat, paret non esse fessus. Qui Festinat, videtur esse defatigatus.

Polire et novare. Polimus rudia. Novamus vetera.

Nobilem et generosum. Nobilem nobilitate rerum. Generosus qui Græce εὐγενὴς appellatur. Ita alter ex re; alter ex cognatione est.

Nationem et Gentem. Natio solum patrium quærit: Gens seriem maiorum.

Præparare et comparare. Præparare prius: Comparare, undique parare.

Guttam et Stillam. Gutta manet: Stilla cadit.

Convenire et coire. Convenit in unum: Coit in multos.

Causam, et patrocinium et orationem. Causa est de qua agitur: Patrocinium quod adcommodatur: Oratio quæ loquitur.

Superbiam et arrogantiam. Superbia est a superhabendo. Arrogantia etiam in pauperem cadit.

Scrutari et quærere. Scrutatur in te ille qui intercipit aliqua secreta. Quærere duo significat, vel quod abest, vel quod ad patrimonium pertinet.

Annuere et innuere Innuit vel capite, vel supercilio. Annuit ad quod dictum, vel factum est.

Gnatum et natum. Gnatus filius: Natus pullus.

Insimulare et simulare. Qui Insimulat, vel arguit vel fingit. Qui Simulat, probare vult quod non est.

Prœlium et bellum. Bellum etiam sine prœliò est, cum indicitur. Prœlium ipsa pugna.

Diligentiam et curam. Diligentia a diligendo singula; huic Negligentia opponitur, nec recipit errorem. Cura animi est, quæ anxium facit hominem; et tam honestæ quam inhonestæ rei est.

Regium et regale. Regium, quod regis. Regale quod rege dignum est.

Erraticum et erratitium. Erraticus et potest errare et solet. Erratitius, animus est qui solet errare et desinit. Erratio enim animi est repentina commotio.

Errorem et errationem. Error est rei vitium, ut amor, dolor. Erratio incertæ viæ.

Erratrix et erratica. Erratrix per se rapta est, ut venatrix: Erratica, hedera, vitis.

Notare et adnotare. Notat vel locum quis, vel personam, vel noxiam. Adnotat, qui notæ quid adiicit.

Salubre et salutare. Salubre ad locum refertur et ad cibum. Salutare consilium est. Ita Salubre non nocet: Salutare prodest consilio.

Committere et credere. Committimus consilia. Credimus pecuniam.

Sub et in Sub nonnunquam pro clam ponitur, ut subripuit, clam rapuit; aut fere notat aliquid subditum. In aut intus significat, aut minus *, aut valde, et interdum pro non ponitur.

Claritatem et claritudinem. Claritas tam luminis

---

* Veneta *nimis*.

quam perspicuitatis. Claritudo generis. Prior itaque splendoris: posterior nobilitatis est.

Viciniam et vicinitatem. Vicinia vicorum coniunctio. Vicinitas hominum conversatio est.

Communionem et communitatem. Communitas est communicandi voluntas: Communio undique munitio.

Fultionem et fulturam. Fultio, dum fit. Fultura, cum facta est.

Ieiunium et ieiunitatem. Ieiunium dies est: Ieiunitas, cibi abstinentia.

Elinguem et elinguatum. Elinguis habet linguam sed usu eius caret. Elinguatus amisit.

Suspicacem et suspiciosum. Suspicax arguit. Suspiciosus recipit.

Restiarium et restionem. Restiarius qui facit. Restio qui vendit.

Austerum et severum. Austerus græca consuetudine. Severus a sævo.

Eloquentiam et eloquium. Eloquentia perfecta vis orationis. Eloquium pars supposita commode eloquendi.

Servitutem et servitium. Servitus est sub domino. Servi patientia Servitium facit.

Vituperationem et culpationem. Vituperatio vitium parit. Culpatio a culpa incipit.

Nominare et appellare. Nominatio nominat quem appellat. Appellatio appellantis vox est in ministerio; et Appellat vel a potentiore propter iniuriam, ut invocat auxilium magistratus, vel cum pecuniam reposcit.

Treis et tres. Treis in accusativo casu: Tres in nominativo et vocativo.

Necessitatem et necessitudinem. Necessitudo vel sanguinis vel meritorum cum præceptoribus, cum amicis. Necessitas immutabilis res est, ut mori necessitatis est.

Serum et sero. Serum ad negotium pertinet. Sero ad tempus.

Decus et gloriam. Decus est instrumentum cuiusque. Gloria quasi honoris merces.

Honorem et laudem. Honor dignitatis consummatio vel privatim, vel publice. Laus secunda existimatio recte factorum.

Familiare et familiarium. Familiare ad dominum non refertur, cum amici familiares sint. Familiarium, quod servo competit, ut sagum. gladium.

Offectorem et infectorem. Infector colorem mutat. Offector officio obest.

Certum et verum. Certum recipit præpositionem et fit Incertum. Certum vel pondus vel rei pretium. Verum opponitur Falso.

Figuram et formam. Figura artis est opus. Forma naturæ bonum, unde etiam Formosus dicitur.

Ignominiam et infamiam. Ignominia imponitur ab eo, qui potest animadversione notare. Infamia ex multorum sermone nascitur.

Nullum et neminem. Nullus est tam in re quam in persona. Nemo in persona dicitur, id est nemo homo.

Iratum et iracundum. Iratus ex offensa est. Iracundus natura.

Periculum et perniciem. Periculum contra necem. Timetur Pernicies *.

---

* Ita Veneta. At Putschius locum mutilum putat: *Periculum contra necem timetur. Pernicies* . . . . .

Omnes, et cunctos, et universos. Omnes nullum excipit, ut omnes homines. Ita et res. Cuncti itaque in personarum numero nominantur, prisco dicti verbo. Universi, in unam sententiam conversi dicendi quid, sive faciendi.

Feroces et feros. Feroces animo. Feri leones, ceterique similes.

Auferre, et eripere, et adimere. Aufert qui dedit. Adimit imperio coactus. Eripit qui plus valet. Itaque Auferre possumus: Adimere iubemur: Eripere valemus.

Studium et Disciplinam. Studium animi est. Disciplina artis.

Inchoare et incipere. Inchoat qui incertum facit. Incipit cuius exitum sperat.

Bonum et commodum. Bonus opponitur malo quam aliis usu. Commodus aliis necessario utique prodest.

Decentem et formosum. Decens in gestu est et motu corporis. Formosus ab excellenti specie dicitur.

Decorem et speciem. Decor communis est omnium: is facit decentiam speciei. Species propria est cuiusque. Itaque Decor in habitu est: Species in membris.

Litem et controversiam. Lis nascitur: Pertinacia efficit controversiam, ut litigent homines: Res in controversiam deducitur. Ita Controversia partis: Lis summæ.

Rixam et pugnam. Rixa sine armis est, et habet defensionem. Pugna legem habet, vel naturalem, vel moralem; aut enim palæstrans exhibet virtutem, vel armis per summa vitæ pericula dimicat.

Occulte et clam. Occulte latent. Clam cælant. Alteri non prodere: alteri cælare naturali habitu inest.

Navum et celerem. Navus a præcipuo navis cursu dicitur; vel alterius causa natus, qui studet per officium suum: et recipit comparationem superlationemque, quia cognomen est. Ita Navus operam navat alteri: Celer ut suam rem, ita alterius quoque celeriter perficit.

Agilem, et strenuum, et fortem. Agilem actio facit: Strenuum motus: Fortem corpus.

Contumeliam et iniuriam. Contumeliam inferunt: Iniuriam patiuntur.

Spectacula et spectamenta. Spectacula loca sunt, unde spectamus: Spectamenta, quæ spectantur.

Pascentia et pabulantia. Pascentia sunt, quæ ex se pascuntur, ut prata; et Pascentia mancipia quia pascuntur; ideo etiam Pastores vocantur. Pabulantia vero quæ iis utuntur, ut iumenta.

Volventia et volubilia. Volventia quæ volvunt: Volubilia quæ volvuntur.

Animum et animam. Animus qualitas viventis. Anima causa vitæ.

Materiam et materiem. Materies animi est: Materia arboris. Et materies qualitas ingenii. Materia fabris apta.

Hebescit et hebetescit. Hebescit, quod natura obstupescit. Hebetescit, quod amittit aciem.

Da et cedo. Cedo sibi poscit et est immobile. Dat, qui non finite facit datum.

Fidelem et fidum. Fidelis fit. Fidus extat.

Laudem et laudabilem. Laus facti instrumentum est. Laudatio vero est rerum gestarum relatio.

Fere, et aliquando, et nonnunquam. Fere futurum significat. Aliquando et Nonnunquam, quod intermittere non patitur.

Aptum et utile et idoneum. Aptum loco venit et tempore, quod habet suam materiam. Utile fecit, uti prudentis literæ. Idoneum, ut amicum per consilia dicimus, ut servum in usu hominis.

Saxum et lapidem. Saxum naturale. Lapis qui ex saxo cæsus est.

Certationem et certamen. Certatio est administrantium. Certamen operis.

Victimam et hostiam. Victima maior est. Hostia minor.

CORNELII FRONTONIS (1)

EXEMPLA ELOCUTIONUM

Editoris Monitum

Opus grammaticum quod extremum in mea Frontoniana Editione excudendum curo, inscribitur in Codice Ambrosiano (D. 498. part. inf.) CORNELII FRONTONIS EXEMPLA ELOCUTIONUM. Iam hic Codex longe alius est, atque antiquissimus Palimpsestus, ex quo superiora Frontonis Scripta prodierunt. Quum mihi exploratum sit, hoc Opus ab aliis tribui Arusiano (seu Volusiano) Messo sequioris ævi oratori et grammatico, proponenda censui quædam argumenta, ob quæ Frontoni nostro asserendum videbatur.

1. Hoc Opus in Codice Ambrosiano nomen Cornelii Frontonis, ut dixi, diserte præ se fert.

2. Codices nullo fere in loco antiquiores nobilioresve, quam in Cœnobio Bobiensi fuerunt. Iamvero in eius Cœnobii pluteis inter alios Grammaticos veteres *Cornelii* quoque *Frontonis Elegantiæ latinæ* exstiterunt. Eius rei testis est luculentus in sua Geographia Volaterranus (2) his verbis : » Hic (in Bobiensi Cœnobio) anno MCCCCXCIII. » huiuscemodi libri reperti sunt.... Terentianus Maurus de literis, » syllabis et metris omnis generis. Cæsius Bassus. Velius Longus » de orthographia. Adamantius Martyrius de B litera muta, et V » vocali. Probi catholica. *Cornelii Frontonis Elegantiæ latinæ*. Ser» gius grammaticus de litera etc. ». Porro *Elegantias latinas Cornelii Frontonis* quis aliud existimet quam hoc Scriptum *Exempla elocutionum*, quæ reapse sunt Elegantiæ sermonis latini ? Neque enim hic titulus convenit alii Cornelii Frontonis Opusculo item grammatico edito et inscripto *De Differentiis vocabulorum*, quæ dici *Elegantiæ latinæ* vix posse videntur. Ergo Libellus *Exempla elocutionum* in Codice Bobiensi Cornelio Frontoni adscriptum fuit. Codex tamen Ambrosianus, quo nos utimur, non est antiquus, nec Bobiensis videtur, sed omnino sæculo XVI. scriptus.

---

(1) Nempe *M. Cornelii Frontonis* ut superius monui p. 466. in nota.

(2) Lib. 4. prope finem.

3. Carolus Sigonius qui Fragmenta Ciceronis primus collegit, testatur se ad eam rem Codice usum esse, in quo erat Opusculum *Cornelii Frontonis Exempla elocutionum*. En eius verba ad Ciceronis Libri I. de Rep. Fragmentum primum: » Hoc Fragmentum, ut » multa post alia, ex Cornelii Frontonis grammatici veteris libro » quodam qui *elocutionum Exempla* inscriptus est, mutuatus sum: » quem librum ex intimis Rainutii Farnesii, Cardinalis illustrissimi, » thesauris, domino ipso concedente sumptum ad me Roma invenis » ornatissimus atque doctissimus Fulvius Ursinus, amicus meus, misit. » Hic autem, cum præclara multa eaque incognita Ciceronis ad antiqui sermonis formulas demonstrandas exempla contineat, adeo » mihi ad hæc concinnanda Fragmenta fuit commodus, ut, quidquid » iis ornamenti hac nova editione accesserit, id omne humanissimi » Principis liberalitati etc. referendum sit ». Revera in Codice nostro exstat quidquid Tullianum Sigonius ex Farnesiano libro compilavit.

4. Andreas Patricius, qui Fragmenta Ciceronis auxit, ad Particulam Tullianæ Orationis inscriptæ *Quum quæstor Lilybæo decederet*, hæc ait: » Fragmentum recens allatum a me ex Frontonis quodam » libro, qui continet *Exempla elocutionum*. Quem quidem librum » cum Io. Zamoscius noster, adolescens litteratissimus, ex Italia in » Poloniam ad me misisset, quoniam antea quoque ex eo Sigonius quadraginta fere alia Fragmenta elicuerat, inque suam posteriorem Editionem transtulerat; dedi et ipse operam, ut inde » etiam et huic nostræ commentationi accessio nonnulla quæsita » esse videretur ». Pergit ibidem Patricius confirmare, auctorem quoque libelli *de Differentiis vocabulorum* unum esse eumdemque Frontonem, de quo videlicet loquuntur Gellius Lib. II. 26. XIII. 28. XIX. 10. 13. et Macrobius in Saturnalibus (V. I.).

5. Aldus Manutius Sallustii Fragmenta ex libello Frontonis, qui nunc editur, partim eruit. Ad Historiarum enim Sallustii Lib. I. verba illa *Nihil ob tantam mercedem sibi abnuituros*, sic ait (1): » Ex Cornelii Frontonis *de Exemplis elocutionum* libello, nondum edito, » quem legi commodatum a Scipione Pettio, viro optimo, et singulari » quadam in pervestigandis Veterum libris diligentia prædito ».

6. Nicolaus quoque Heinsius testis est, hunc libellum a nonnullis Frontoni tribui. Sic enim ad Gronovium ex Urbe Neapoli

(1) In Edit. Sallustii Antuerpiensi 1564.

scribit (1): »Inveni Grammaticorum nonnullorum Opuscula hactenus, » ni fallor, inedita, magno mihi usui futura, quæ omnino velim » describere. Inter quos Volusianus est Messus, quem alii *Cornelium* » *Frontonem* volunt. Is Fragmenta Ciceronis ac Sallustii multa citat, » quæ in eorum Operibus frustra quærantur. In phrasibus minus » usitatis annotandis potissimum occupatur, quas ex quatuor aucto» ribus selegit, Virgilio, Terentio, ac iis quos iam nominavi ».

7. Ludovicus item Carrio ad Historiarum Sallustii Lib. I. Editionis Gruterianæ p. CCCCLI. sic ait: » Arusianus Messus libello *de* » *elocutionum Exemplis*, quem quidam Cor. Frontoni tribuunt, hæc » Sallustiana citat ». Quod vero idem addit, inepte et inscienter eum libellum Cor. Frontoni adscribi, id demum nos moveret, si assertionis suæ argumenta Carrio protulisset.

8. Ianus denique Douza in Notis ad Sallustii Hist. quas videsis in eadem Gruteriana Editione, Frontonis esse autumat libellum ex quo multæ Sallustii particulæ deprompta sunt.

9. Confirmat hanc opinionem simile aliud Opusculum *de Differentiis vocabulorum*, quod Cornelio Frontoni nemo fere abiudicat. Idem scilicet præstat unum in elocutionibus quod alterum in vocabulis: nempe hoc vocabulorum, illud elocutionum differentias notat. Et Frontonem quidem suorum discipulorum in gratiam grammatica Opera scripsisse mihi facile persuadeo. Iamvero is imperfectam sermonis latini doctrinam tradidisset, nisi post usum verborum, usum quoque elocutionum varium docuisset. Hæc fere habui quæ pro Frontone meo dicerem, cui hunc Elocutionum libellum vindicandum censui. Ceterum eumdem sub Arusiani (seu Volusiani) Messi nomine laudant Pierius ad Virgilium, Carrio ad Sallustium, Heinsius ad Valerium Flaccum nI. 737. et alibi nec non in Epistulis, Io. Rhodius in Lexico Scriboniano voc. *abstinere ab omni re.* Fabricius in Bibliotheca latina (2), Burmannus Iunior in Commentario de Vita Heinsii Adversariis huius præfixo p. IX. Idem Burmannus in præfatione ad Virgilium p. XLI. Ruhnkenius in præfat. ad Rutilium Lupum p. XXVI. Heynius in præfat. item ad Virgilium p. CCXXXXIV. aliique, qui tamen rem ad trutinam revocasse numquam videntur.

Iam utrum hoc, quo scribo, tempore Libellus Elocutionum sit editus, mihi non satis exploratum est. Fabricius quidem ait (3),

(1) Epistulæ Virorum illustr. Tom. 3. Epist. ad Greaevium 144. p. 181.

(2) Edit. Hamburg. 1722. Tom. 3. p. 914.

(3) Loco nuper laudato.

illum e Codice Godfridi Grævii, Consulis Lipsiensis, ab Andrea Stübelio suis locis insertum novæ Editioni Thesauri eruditionis scholasticæ Basilii Fabri. Lipsiæ an. MDCCXVII. Sed revera Stübelius nonnisi exempla aliquot ex eo libello in Thesauro suo laudat, multa prætermittit, quodque pluris interest, verba Auctoris libelli plane supprimit: adeoque libellus, quod quidem ad Stübelium attinet, plane ineditus est. Anno autem MDCCXLII. de eo libello sic ait Burmannus Iunior in Commentario de Vita Heinsii p. IX. » Luculentum hoc grammaticæ rei monumentum tanto temporis » intervallo privatis virorum doctorum armariis pressum mirari » sane subit ». Tum idem anno MDCCXLV. in præfatione ad Virgilium p. XLI. necdum editum dicit. Denique Saxius in Onomastico Edit. Traiecti ad Rh. MCCLXXV. p. DXI. laudat P. Bondami Adnotationes ad Arusiani Messi *Quadrigam* sive *Exempla elocutionum*, cuius libelli, inquit non nisi duo folia maiori forma typis descripta sunt. Eam cœptam Editionem equidem videre mirifice cupio, sed eâdem incommodissime careo, neque porro Editio mea Frontonianorum Operum moras patitur. Sed utcumque demum ea res se habet, quum ego Frontonis Scripta, quotquot invenire datum est, edenda curem, operæ pretium me facturum existimo, si hunc quoque libellum sive antea editum sive secus, adiungam.

Sane hic libellus pretiosiore sui parte tunc spoliatus fuit, cum docti homines locos ineditos Ciceronis et Sallustii ex eo delibarunt. Neque tamen aliquam dignitatem atque utilitatem adhuc non retinet. Nam primo, Exempla Scriptorum, uti e nostro Codice prodeunt, ab ante editis sæpe differunt. Deinde, Auctor libelli suis ipse verbis novos reconditioresque latinæ linguæ modos diserte docet, qui in Exemplis Scriptorum disiectis et extra ordinem huius libelli collocatis ægre admodum ab Eruditis notarentur. Tum denique fieri potest, ut aliqua particula Veterum nondum edita in hoc Scripto insit. Qua de re etsi ego interdum suspicatus sum, temporis tamen angustiis pressus, nihil affirmandum putavi. Illud etiam moneo, in Codice nonnisi libros Veterum laudari, ut mos est Codicum, immo ne hos quidem nominatim interdum designari: me vero, ut Lectorum commoditati consulerem, non sine gravi mea molestia temporisque iactura capita etiam pleraque omnia Tullii et Sallustii, Terentii autem et Virgilii versus, quantum in tumultuario opere licuit, accurate notassè.

CORNELII FRONTONIS

EXEMPLA ELOCUTIONUM

A

ABUNDANS illius rei. Virg. Ecl. II. 20. *Nivei quam lactis abundans.*

Abundans illa re. Cic. pro Cornelio 991 (1). *Quis tam abundans copiis.*

Abundat illa re. Idem pro Cluentio 65. *Mulier abundat audacia.*

Abunde est huius rei. Virg. Æn. VII. 552. *Terrorum et fraudis abunde est.*

Ardet illa re. Idem XI. 782. *Femineo prædæ et spoliorum ardebat amore.*

Ardet illam rem. Idem. Ecl. II. 1. *Formosum pastor Corydon ardebat Alexin.*

Ardet in illa re. Sal. Bell. Cat. 5. *Ardens in cupiditatibus.*

Ardet in illam rem. Virg. Æn. VII. 623. *Ardet in excitam Ausoniam* (2).

Avertit hac re. Idem I. 38. *Nec posse Italia Teucrorum avertere Regem.*

Avertit ab illa re. Cic. Philip. V. 11. *Ab Urbe M. Antonii* (3) *impetus in Galliam avertit.*

Aversus ab illo. Idem in Cat. III. 9. *Tam aversus a vero.*

---

(1) In Operibus Ciceronis, quorum nonnisi fragmenta supersunt, laudo paginas Tomi secundi Editionis Verburgii Amstelædami MDCCXXIV. At in integris aut pæne integris, capita laudari scias: uti semper in Sallustio, cuius Editionem Patavinam per Cominum an. 1722. ad conferendum adhibeo. (2) Editio Lipsiensis Heynii an. 1803, qua semper utor, habet *inexcita Ausonia.* (3) Codex *Antonium.*

Accingo me huic rei. Virg. Æn. I. 210. *Illi se prædæ accingunt dapibusque futuris.*

Accingo illi eam rem. Idem XI. 489. *Laterique accinxerat ensem.*

Accingor illam rem. Idem IIII. 493. *Magicas invitam accingier artes.*

Accingor illa re. Idem VII. 640. *Fidoque accingitur ense.*

Appulit huic rei. Idem I. 377. *Forte sua Libycis tempestas appulit oris.*

Appulit ad hoc. Ter. And. Prolog. 1. *Poeta cum primum animum ad scribendum appulit.*

Avidus hoc facere. Virg. Æn. XII. 290. *Avidus confundere fœdus.*

Avidus illius rei. Idem VIIII. 661. *Ergo avidum pugnæ dictis.* Sal. Hist. IIII. 12. *Avidior modo properandi factus.*

Avidus ad hanc rem. Ter. Eun. 1. 2. 51. *Aliquantulum* (1) *ad rem est avidior.*

Abnuo fieri hoc. Virg. Æn. X. 8. *Abnueram bello Italiam concurrere Teucris.*

Abnuo de illa re tibi. Sal. Bell. Iug. 86. *Neque illi senatus de ullo negotio abnueret* (2).

Abnuo tibi hoc. Idem Hist. I. 20. *Nihil ob tantam mercedem sibi abnuituros.*

Amicus illi. Virg. Æn. VIIII. 774. *Et amicum Crethea Musis.*

Amicus illius. Ter. Phor. 1. 1. 1. *Amicus summus mei* (3) *et popularis Geta.*

---

(1) Editio Parisiaca Terentii an. 1675. cum qua semper Codicem confero, habet *aliquantum.* (2) Ed. *abnuere.* Fronto enim paulo liberius locos Auctorum citat, quod semel monuisse sufficiat. (3) Edit. *meus.*

Adhibet illi. Virg. Æn. v. 62. *Adhibere Penates Et primos epulis* (1).

Adhibet in illum. Cic. De Domo sua 23. *Crudelitatem exprimo* (2) *quam in me ipsum ac meos adhibuistis.*

Adhibet in illo faciendo. Idem in Siciliensi. 77. *Adhibentur in scribendo* (3) *viri primarii.*

Adiuro hoc. Virg. Æn. XII. 816. *Adiuro stygii caput implacabile fontis.*

Adiuro per hoc tibi. Ter. And. 4. 2. 11. *Per omnes tibi adiuro Deos.*

Æstimo hoc illa re. Cic. de Suppliciis. 9. *Hæc vero quæ vel vita redimi recte possunt, æstimare pecunia non queo.*

Æstimo hoc ex illa re. Sal. Cat. 10. *Amicitias inimicitiasque non ex re sed ex commodo æstimare.*

Abutor illa re. Cic. in Cat. I. 1. *Abutere Catilina patientia nostra.*

Abutor illam rem. Sal. Cat. 13. *Quibus mihi videntur ludibrio fuisse divitiæ; quippe quas habere honeste licebat, abuti per turpitudinem properabant.* Ter. And. Prol. 5. *Nam in prologis scribendis operam abutitur.*

Abdicat se illa re. Cic. in Cat. III. 6. *Lentulus cum se prætura abdicasset.*

Abdicata (4) illa re. Sal. Cat. 48. *Senatus decernit uti abdicato magistratu Lentulus.*

---

(1) Edit. *Adhibete Penates Et patrios epulis* Et quidem in Codice hic locus laudatur ex libro VIIII. quod sine dubio mendum est; cuius generis alia plura deprehendebam in hoc Codice, in quo librarius locos Veterum mire perturbavit: quæ res tædium prope infinitum mihi exhibebat. (2) Edit. *expromo.* (3) Edit. *exscribendo.* (4) Codex *Abdicat.* Nisi malis scribere, *Abdicat illam rem.*

Amplius illa re. Cic. in Frumentaria. 19. *Quid si duabus partibus doceo te amplius frumenti abstulisse, quam populo romano misisse?* Sal. Cat. 59. *Amplius duobus milibus.*

Amplius (1) illam rem. Idem in eodem. 62. *Amplius annos triginta cum magna gloria fuerat.*

Adversus illius. Sal. Iug. 47. *Acri viro, et quamquam adverso populi* (2).

Adversum te pro apud te. Ter. And. 1. 1. 15. *Et id gratum fuisse adversum te habeo gratiam.*

Ad et apud confuse ponuntur. Virg. Æn. I. 24. *Prima quod ad Troiam pro caris gesserat Argis.* Idem XI. 288. *Quidquid apud duræ cessatum* (3) *est mœnia Troiæ.* Ter. Adel. 3. 5. 2. *Ego Mitionem, si ad* (4) *forum est, conveniam.* Idem And. 2. 1. 3. *Apud forûm modo e Davo audivi.* Cic. pro Roscio 15. *Ac tantummodo aleretur ad villam.* Ter. Adel. 4. 1. 1. *Apud villam est.* Sal. in Iug. 107. *Ibi latine, nam ad Numantiam loqui didicerat, exclamat.*

Ad quidam pro iuxta vel circa poni dicunt Siciliensis 6. exemplo. *Statim Romæ et ad Urbem quærere et agitare cum suis cœpit*, id est *in Urbe, et profectus iam iuxta Urbem.* Sed grave his adfertur exemplum primæ Actionis in Verr. 8. *Ex his quasi decem fiscos ad senatorem relictos.*

Adsuesco illis rebus. Virg. Æn. VIII. 174. *Sociorum adsuescite mensis.*

Adsuesco illam rem. Idem VI. 833. *Ne tanta animis adsuescite bella.*

---

(1) Cod. *Amplius ad illam rem. Amplius ad nos triginta* etc. quæ menda librarii mihi visa sunt. (2) Cod. addit, *idest adversus illi nobilitatis.* At in Edit. *adverso populi partibus.* (3) Cod. *cassatum.* (4) Edit. *apud.*

Adsuetus illi rei. Idem VII. 490. *Mensæque adsuetus herili.*

Adsuetus facere. Idem VIIII. 511. *Adsueti longo muros defendere bello.*

Adsidet illi. Cic. in Siciliensi. 34. *Hearnius* (1) *est hic, qui nobis adsidet, Thermitanus.*

Adsidere illum. Cic. (2) *Neque adsidere Gabinium aut alloqui in curia quisquam audebat.*

Adsidere illum in illa parte. Sal. Iug. 11. *Dextra Adherbalem adsedit.*

Abhorrere illum. Cic. pro Cluentio. 14 *Nemo illum convivio dignum iudicabat: omnes aspernabantur, omnes abhorrebant, omnes, ut aliquam immanem et perniciosam bestiam pestemque, fugiebant.*

Abhorrere ab illo. Ter. Hecy. 4. 4. 92. *Abhorrere animum huic video a nuptiis.*

Adnare ad eam rem Cic. de Rep. I (3). 1001. *Ut ad eam urbem, quam incolas, possit* (4) *adnare.*

Adnare illi rei Virg. Æn. I. 538 *Huc pauci vestris* (5). *adnavimus oris.*

Adgredior illum. Idem. IIII. 92. *Talibus adgreditur Venerem Sanctissima* (6) *dictis.*

Adgredior ad illud. Cic. pro Cluentio. 3. *Adgredior ad crimen.*

Accommoda huic rei. Virg. Æn. XI. 522. *Accommoda fraudi Armorumque dolis.*

Accommoda ad hanc rem. Cic. pro Cluentio. 13. *Arte quadam præditus, ad libidines adolescentulorum excitandas accommodata.*

---

(1) Edit. *Sthenius est is.* (2) Eruditorum diligentiæ locos aliquot in Auctoribus conquirendos permittimus. (3) Cod. II. et quidem in his sæpissime peccat Codex. (4) Edit. *possis.* (5) Cod. *nostris.* (6) Edit. *Saturnia.*

Accommodo huic rei. Virg. Æn. II. 393. *Laterique accommodat ensem.*

Accommodo ad hanc rem. Cic. de Rep I. 1001. *Accommodabo ad ea, si potero, omnium orationem* (1).

Æger illius. Sal. Hist IIII. 12. *Consilii æger.*

Æger illo. Idem Cat. 62. *Pedibus æger.*

Ægre inest. Ter. Hecy. 2. 1. 30. *Nequid ægre esset mihi.*

Amissum illi. Virg. Æn. II. 558. *Amissumque* (2) *humeris caput.*

Avulsum ab illo. Ter. Eun. 3. 3. 14. *Hunc sperat se a me avellere* (3).

Applicat huic rei. Virg Æn. XII. 303. *Terræ applicat ipsum.*

Applicat ad hanc rem. Cic. in Siciliensi 1. *Se ad amicitiam p. r. fidemque applicavit.*

Ago illa re. Cic. pro Ligario. 4. *Quam isto* (4) *modo ad te agi maluisset.*

Ago illam rem. Sal Hist. III. 9. *Amittendum* (5) *morem hunc quem agitis.*

Adit ad illum. Cic. ad Auxium. Lib. I. 999. *Ad M. Bibulum adierunt.* Ter. And. 4. 1. 15. *Ad eam* (6) *ne adeam?*

Adii illum. Cic. pro Scauro 995. *Adii causas oratorum.*

Adii in illum. Idem de Signis. 11. *Priusquam Romam atque in horum conventum adiretis.*

Adsum illi. Cic. pro Cornelio. 991. *Da enim mihi facultatem eos, qui tum adfuerunt Cornelio, nominandi.*

---

(1) Edit. *omnem illam orationem.* (2) Edit. *Avulsumque.* (3) Cod. *evellere.* (4) Cod. *iste.* (5) Edit. *Omittendum.* (6) Edit. *Ad eum.*

Adsum ad hoc. Idem pro eodem ibid. *Facite ut facitis qui ad causam adestis.*

Abduco ab illis. Idem. pro Deiotaro. 11. *Tu ab avo abduxisti.*

Abduco illis. Virg Æn. x. 79. *Et gremiis abducere pactas.*

Adiuta hoc illos. Cic. ad Auxium I. 999. *Si tu nos aliquid adiutare potes.*

Adiutat hoc illis. Ter. Hecy. 3. 2. 24. *Tu pueris curre, Parmeno, obviam, atque his onera adiuta.*

Admovit ad hanc. Cic. de Rep. II. 1003. *Neque enim ad mare admovit, quod ei fuit facillimum.* Virg. Æn. XII. 171. *Admovitque pecus flagrantibus aris.*

Ad illius, subaudiatur templum sive fanum. Cic. pro Quintio 4. *Non satis erat deberetur, nisi ad Catonis* (1) *quæsisses quantum solveretur.* Idem pro Cluentio 36. *Sicut in statuis inauratis, quas posuit ad Iuturnæ* (2). Idem Phil. I. 7. *Pecunia utinam ad Opis maneret!*

Absente me singulari numero. Idem in eadem 2. *Absente populo et invito.*

Absente plurali numero. Ter. Eun. 4. 3. 7. *Nescio quid profecto absente nobis turbatum est domi.*

Alienum hac re. Cic. pro Quintio. 31. *Nihil tam alienum vita superiore commisit.*

Alienum ab hac re. Ter. Adel. 5. 8. 21. *Alienum a vita mea.*

Anteeo illum hac re. Ter. Phor. 1. 5. 17. *Herum anteeo sapientia.*

Anteeo illi hac re. Cic. Phil. VIIII. 1. *Sed cum Servius Sulpitius ætate illis ante iret, sapientia omnibus.*

---

(1) Edit. *ad Castoris.* (2) Cod. *Suturnæ.*

Adfixa huic rei. Virg. Æn. VIII. 196. *Foribusque adfixa superbis Ora virûm.*

Adfixa in hac re. Cic. Philip. XI. 2. *Id adfixum gestari iussit in pilo.* Idem de Suppliciis 53. *In animo sensuque meo penitus adfixa est.*

Accedo illam rem. Virg. Æn. I. 201. *Penitusque sonantis Accestis scopulos.*

Accedo ad illam. Ter. Phor. Prol. 30. *Voluntas vestra si ad poetam accesserit.* Cic. de Suppliciis 3. *Qui ad Pelori ædem accedere* (1).

Author huius rei. Virg. Æn. XII. 159. *Author ego audendi.*

Auctor hanc rem. Ter. Adel. 5. 8. 16. *Id ne estis auctores mihi?*

Æquipero illum. Virg. Ecl. V. 48. *Nec calamis solum æquiperas sed voce magistrum.*

Æquo id est paria facio. Idem Æn. V. 419. *Æquemus pugnas.*

Adsurgo illi. Idem Ecl. VI. 66. *Atque viro Phœbi chorus adsurrexerit omnis.* Sal Hist. V. *Syllam dictatorem uni sibi descendere æquo, adsurgere sella, caput aperire solitum.*

Ab integro. Virg. Ecl. IIII. 5. *Magnus ab integro* Cic. pro Cluentio 9. *Ecce autem de integro funus iam sepulto filio facit* (2).

Adprima vel adprime. Virg. Georg. II. 134. *Flos adprima tenax.* Ter. Hecy. 2. 2. 5. *Phidippe* (3) *meis me omnibus scio esse adprime obsequentem.*

---

(1) Edit. *Quam ad Peloridem accedere:* quæ videtur vera lectio.

(2) In Codice laudatur hic locus ex Terentii Adelphis. Quippe Codicis scriptor non solum Opera, sed ipsos Auctores alium cum alio interdum perturbat. (3) Cod. *Adprime* hic et deinceps.

Ad pro adusque. Virg. Georg. IIII. 428. *Ad limum radii* (1) *tepefacta coquebant.* Idem Æn. V. 687. *Si nondum exosus ad unum.*

Adfectat illam rem. Idem Georg. IIII. 562. *Viamque adfectat Olympo* (2). Ter. Heaut. 2. 3. 60. *Ad dominus qui adfectat* (3 *viam.*

Ambobus pro utrisque. Virg. Æn. I. 458. *Priamumque et sævum ambobus Ulyssem* (4).

Amens animi. Idem IIII. 203.

Adferimur hunc locum. Idem VII. 217. *Urbem deferimur* (5).

Adsimulatus illi vultu. Idem XII. 224. *Formam adsimulata Camerti.*

Attonitus hac re. Idem XII. 610. *Coniugis attonitus fatis.*

Adnixus hac re. Idem in eodem 92. *Ingenti adnixa columna* (6).

Admonet illius rei. Sal. Cat. 22. *Admonebat* (7) *alium egestatis, alium cupiditatis suæ.*

Admonet hoc fieri. Virg. Æn. XI. 232. *Fatalem Æneam manifesto numine ferri. Admonet ira Deûm.*

Atrox huius rei. Sal. Hist. II. 2. *Ipse animi atrox.*

---

(1) Cod. *radiis.* (2) Quoniam hic versus pertinet ad clausulam Libri 4. Georgicorum, noster quidem Fronto vindicat Virgilio illos extremos versus, quos eidem recentiores aliquot Critici abiudicant. Vide Heynium ad eum Virgilii locum. Sed, præter quam quod antiqui interpretes Servius et Philargyrius in eos commentati sunt, ego hoc moneo; Codices videlicet Ambrosianos, quotquot consului, etiam satis vetustos illa clausula Georgicorum non carere. (3) Edit. *adfectant.* (4) Edit. *Achillem*, quæ est vera lectio. (5) Ita Cod. *deferimur* pro *adferimur*, idque libere vel mendose. (6) Edit. *columnæ.* (7) Edit. *admonere.*

Abest tot milia. Sal. Iug. 52. *A quo aberat mons ferme millia* (1) xx. Cicero pro Cornelio 991. *Sed ad urbem dierum tres fuerunt complurium.* Idem pro Cluentio 9 (2). *In eo quod est ab Larino XVIII. millia passuum.*

Animadverti in eum. Sal. Cat. 50. *Ut prius verberibus in eos animadverteretur.*

Artifex huius rei. Sal. Iug. 39. *Per homines talis negocii artifices.*

Adflictus illam rem Sal. Hist. III. 6. *Adflicti alveos undarum vi malleato* (3) *corpore interibant.* Idem II. 10. *Circumventi dextra, unde ferrum erat, saxa aut quid tale, caput* (4) *adfligebant.*

Adflictus ea re Cic. in Cat. II. 1. *Quanto tandem illum mœrore esse afflictum et profligatum putatis?*

Altum pedes tot. Sal. Hist. IIII. 13. *Alti* (5) *lateribus pedem.*

Anxius huius rei. Idem in eodem 1. *Anxius animi atque incertus.*

Accepit in illa re. Cic. de Suppliciis. 1. *De eo vulnere multa dixit, quod ille ab hostium duce in capite acceperat.*

Accepit illa re. Virg. Georg. IIII. 362. *Accepitque sinu vasto misitque sub amnem.*

Adstringo tibi hoc. Ter. Eun. 1. 2. 22. *Tibi meam astringo fidem.*

---

(1) Ita in Codice prius *milia*, tum deinceps *millia*. Neque raro orthographia textûs Frontonis et Exemplorum differunt inter se. Iam neminem moveat, quod orthographia huius Opusculi ad formam recentiorem accedat, quum ea scilicet in recente Codice sit. (2) Cod. *pro Cornelio.* Recole p. 489. n. 1. (3) Cod. omittit *vi* et habet *maleato* cum una *l* pro *mulcato* quod est in Edit. (4) Edit. *capiti.* (5) Cod. *Clausi* quod huic loco non convenit, ut iam notavit Carrio in Editione Sallustii Gruteriana p. 477.

Adquiesco in hoc. Cic. pro Deiotaro 2. *In tuo ore vultuque acquiesco.*

Adiudico illud huic. Idem pro Cornelio 991. *Si vos huius fortunas paucorum odio adiudicaveritis.*

Admittit in se crimen. Ter. Phor. 1. 5. 40. *Culpam Antipho in se admiserit.*

Aversor illum. Sal. Hist. v. *Regem aversabatur* (1).

Adludit ad hoc. Ter. Eun. 3. 1. 34. *Habui* (2) *scortum: cœpit ad id adludere.*

Anteverto tibi. Idem Eun. 4. 5. 12. *Miror huic anteverterim.*

Attendo animum. Idem Phor. Prol. 25. *Animum attendite.*

Absculto (3) illi. Idem Adel. 5. 7. 8. *Vis tu huic seni abscultare ?*

Abstinet se illa re. Idem Hecy. 1. 2. 64. *Plus potius, sese illa abstinere, ut potuerit.* Cic. de Rep. I. 1002. *Nec vero iam meo nomine abstinet.*

Adulant illum. Cic in Pisonem 41. *Adulantem omnes.* Idem Tusc. II. 10. *Nostrum adulat sanguinem.*

Affluit illa. Idem pro Cluentio 66. *Domumque illam scelere omni affluentem.*

Aspernor illam a me Idem pro eodem 68. *A suis aris atque templis nefarias preces aspernatos Deos esse confido.*

Aspernor illum. Idem pro eodem 14. *Nemo illum aditu, nemo convivio dignum iudicabat: omnes aspernabantur.*

Avocat ab illa re. Idem de Rep. *A qua isti avocant.*

Abalienat illam a te. Idem in Siciliensi 64. *Maximum numerum abs te alienasti.*

---

(1) Cod. *adversabatur.* (2) Cod. *Hui.* (3) Pro *ausculto*, *b* pro *u*, quod non raro in codicibus videre est. Ceterum confer *abspulsum* superius p. 473.

Adrepsit. Idem in Frumentaria 68. *Ad istius amicitiam adrepserat.*

Administrat provinciam. Idem de Signis 64. *Quod vigilanter provinciam administrasset.*.

Adspirat illi. Virg. Æn. II. 385. *Adspirat primo fortuna labori.*

Adspirat ad illud. Cic. in Divin. contra Cæcilium 5. *Qui ad alienam causam accedere aut aspirare audeat.*

Adolet aras. Virg. Æn. I. 704. *Adolet Penates* (1).

Adolescunt aræ. Idem Georg. IIII. 379. *Panchæis adolescunt ignibus aræ.*

Alligat ad hoc. Cic. de Suppliciis 5. *Et ad palum alligantur.*

Avius ab illa re. Idem pro Sylla 30. *Et avius* (2) *a sanitate.*

Ante expectatum pro antequam expectatus. Virg. Georg. III. 348. *Ante expectatum* (3) *positis stat in agmine castris.*

Audet hoc. Cic. Phil. II. 7. *Quid enim est quod tu non audeas?*

Audet hoc facere Virg. Æn. V. 379. *Audet adire virum.*

Audet in hoc. Idem II. 347. *Quos ubi consertos* (4) *audere in prœlia vidi.*

Acer his rebus. Idem Georg. III. 7. *Humeroque Pelops insignis eburno, Acer equis.*

B

BIBIT illud. Idem Æn. I. 749. *Infelix Dido longumque bibebat amorem.*

Bibit illo poculo. Idem Georg. II. 506. *Gemma bibat.*

---

(1) Nimirum *Penates* dicit hoc loco Virgilius pro *aras*. (2) Edit. *alienus*. (3) Cod. *expectatus*. (4) Edit. *confertos*.

Bellum cum illo gerit. Cic. in Hortensio 1016. *Qui cum hodie bellum cum mortuo gerant* Virg. Æn. XI. 305. *Bellum importunum cives cum gente Deorum Invictisque viris gerimus.*

Bellum contra illum gerit. Cic. Phil. III. I. *Cum bellum nefarium contra vitam fortunasque nostras non cogitari* (1) *sed geri iam viderem.*

Bello bonus (2). Virg. Æn. VIII. 480. *Gens bello præclara.*

Belli pro in bello. Ter Heaut. I. I. 60. *Rem et gloriam armis belli repperi.* Sal. Iug. 45. *Paucorum arbitrio belli domique agitabantur.*

Benivolus illi. Cic. pro Flacco. *Quam benivolum hunc populo Romano, quam fidelem putatis* (3)?

C

CERTO contra te. Sal. Cat. 62. *Contra latrones inermes pro patria certare.*

Certo tibi. Virg. Ecl. V. 8 *Solus tibi certet Amyntas.*

Certo cum his. Sal. Iug. 6. *Curru* (4) *cum æqualibus certare.*

Certamus inter nos. Idem Iug. 56. *Inter se duo Imperatores summi viri certabant.*

Contendo tecum. Sal. Cat. 57. *Cum magnis legionibus hostium contendisse.*

Contendo tibi. Virg. Georg. II. 96. *Nec cellis adeo* (5) *contende Falernis.*

---

(1) Edit. *comparari.* (2) Ita Cod. libere *bonus* pro *præclarus.*
(3) Similis prorsus locus est apud eumdem Ciceronem Phil. XI. 13.
(4) Edit. *cursu.* (5) Edit. *ideo.*

Certamen illi cum illa est. Cic. pro Cornelio 991. *Quid enim mihi certamen est cum accusatore aut contentio?*

Certamen est cum illo. Virg Ecl. VII. 16. *Et certamen erat, Corydon, cum Thyrside magnum.*

Cogo domum te. Sal. Hist. I. 19. *Maturaverunt exercitum Dyrracchium cogere.*

Cogo te domi. Virg. Ecl. VI. 85. *Cogere donec oves stabulis numerumque referre Iussit.*

Concurrunt inter se. Idem Æn. X. 436. *Ipsos concurrere passus Haud tamen inter se summi Regnator Olympi.*

Concurrit ille illi. Idem VIII. 692. *Aut montes concurrere montibus altos.* Idem I. 493. *Audetque viris concurrere Virgo.*

Coruscus hac re. Idem II. 470. *Et luce coruscus aena* (1).

Coruscat hac re. Idem Georg. IIII. 98. *Elucent aliæ et fulgore coruscant.*

Coruscant hanc rem. Idem Æn. X. 652. *Strictumque coruscat Mucronem.*

Consulo illam rem. Idem XI. 343. *Rem nullam* (2) *obscuram nostræ nec vocis egentem Consulis, o bone rerum* (3). Et Sal. Cat. 50. *Quæ* (4) *reges atque populi male consuluerunt.*

Consulo vel consulto (5) illi rei. Cic. in Pisonem 10. *Reip. consulendo.* Sal. Cat. 6. *Reip. consultabant.*

Consulit de hac re. Sal. Cat. 50. *Et de rebus dubiis consulant* (6).

---

(1) Nota *aena* pro *ahena*, et confer Gellium II. 3. tum celeberrimos duos Virgilii Codices Mediceum et Vaticanum, qui in eamdem lectionem sine adspiratione conspirant. (2) Edit. *nulli.* (3) Edit. *rex.* (4) Edit *qui.* (5) Codex tantum *consulor illi rei*, mendose. (6) Edit. *Qui de rebus dubiis consultant.*

Consulit in illum. Ter. Heaut 3. 1. 28. *Quia pessime istac* (1) *in te atque illum consulis.*

Circundat hoc illi rei. Virg. Æn. XII. 88. *Circundat loricam humeris.*

Circundata hac re illam rem Sal. Hist. I. 20. *Occupatusque collis editissimus, et cum multa opera circundata.*

Circundat hæc res illam rem. Virg. Æn. I. 593. *Argentum pariusve lapis circundatur auro.*

Corruptus ab illa re. Sal. Iug. 33. *Ab ignavia atque socordia corruptus.*

Corrumpis illo precio. Cic. pro Cluentio (2). *Sexcentis millibus numûm se iudicium corrupturum esse dixerat.*

Celat illum quem occultat. Virg. Æn. X. 417. *Sylvis genitor celarat Alesum* (3).

Celatus qui fallitur et ignorat. Ter. Hecy. 4. 4. 23. *Nosne hoc celatos tandiu?*

Celat te de hoc. Cic. de Signis 12. *Dixit cupisse te celare de phaleris.*

Consuevit illa re. Ter. Adel. 4 5. 32 *Consuevit prior illa muliere, quicum tot consuevisset annos* (4).

Consuetam habeo illam rem. Sal. Iug. 87. *Et pericula consueta haberem* (5).

Consuevit in illa Ter. Phor. 5. 6. 34. *Cum eius consuevit olim matre in Lemno.*

Cernere erat hoc, idest hoc videbatur. Virg. Æn. VIII. 676. *Actia bella Cernere erat.*

Cernitur nulli pro a nullo. Idem Æn. I. 440. *Neque cernitur ulli.*

Condono tibi hoc. Sal. Iug 29. *Ut Iugurthæ scelus condonaretur.*

---

(1) Edit. *istuc*. (2) Respice ad eius Orationis Caput 32. (3) Edit. *Halesum*. (4) Edit. tantum, *qui illi consuevit prius*. (5) Edit. *habeam*.

Condonatur illam rem. Ter. Eun. Prol. 17. *Habeo alia multa quæ nunc condonabitur.* Idem Phor. 5. 7. 54. *Argentum quod habes condonamur* (1) *te.*

Conscius huic rei. Cic. de Signis. *Temeritati meæ et mendacio meo conscius.*

Conscius huius rei. Virg. Æn. XI. 812. *Conscius audacis facti.*

Cultorem sui. Sal. Hist. IIII. 9. *Collegam minorem et sui cultorem expectans.*

Cultor horum. Virg. Georg. I. 14. *Et cultor nemorum.*

Colens huius rei. Cic. pro Plancio 33. *Qui religionum colentes.*

Congero ad illum. Idem pro Deiotaro 4. *Ad quem cum Dii atque homines omnia ornamenta congessissent.*

Congero in illum. Idem Phil. V. 4. *Pecunia congesta in illam domum.*

Congestum illuc. Virg. Ecl. III. 69 *Notavi Ipse locum quo congessere* (2) *columbæ.*

Custos illarum rerum. Idem Georg. I. 17. *Pan ovium custos.*

Custos illis. Cic. in Cat. II. 12. *Nullus est portis* (3) *custos.*

Criminor te illi. Ter. Eun. 5. 2. 16. *Metui ne me criminaretur uxori.*

Compos animi. Idem. Adel. 3. 2. 12. *Vix sum compos animi.*

Commeritus erga me. Idem Hecy. 3. 5. 36. *Nunquam quicquam erga me commerita* (4) *est, pater.*

Compertos scelere. Cic. Phil. XII. 7. *Hos nunc omni scelere compertos* (5) *tolerabiles censes in civitate* (6) *fore?*

---

(1) Edit. *condonamus.* (2) Edit. *concessere.* (3) Edit. *portæ.* (4) Cod. *commeritus.* (5) Edit. *coopertos.* (6) Edit. *tolerabiles civitati.*

Credulus illis. Virg. Ecl. VIIII. 34. *Sed non ego credulus illis.*

Considere in illam rem. Idem Æn. VIIII. 145. *Et non viderunt mœnia Troiæ Neptuni fabricata manu considere in ignes.*

Concedo gratiæ. Cic. pro Cornelio 991. *Cui* (1) *nunc redeant, si tunc gratiæ concesserint.*

Concedo in gratia. Sal. Hist. I. 3. *Quorum in gratia plerique concesserant.*

Coniurati hoc facere. Virg. Georg. I. 280. *Et coniuratos cælum rescindere fratres.*

Commoritur illis. Sal. Hist. I. 18. *Obviam ire et commori hostibus.*

Contiguus huic rei. Virg. Æn. X. 457. *Hunc ubi contiguum missæ credidit hastæ.*

Confert hoc cum illo. Cic. in Pisonem 16. *Confer, si audes, absentiam tuam cum mea.*

Confert hoc illi. Virg. Æn. XII. 678. *Stat conferre manum Æneæ.*

Conclusit cum illo. Cic. in Siciliensi. *Tecum tuum conclusisset.*

Commune hoc est inter nos. Idem in eadem 36. *Ut duceres* (2) *inter eos omnia esse communia.*

Commune est illis hoc. Idem pro Roscio 26. *Quid est enim tam commune quam spiritus vivis, terra mortuis?*

Coniunctus cum illo. Idem in Siciliensi. *Cum eo coniuncta est.*

Coniunctus illi. Virg. Æn. VIII. 130. *Quodque a stirpe fores* (3) *geminis coniunctus Atridis.*

---

(1) Edit. *cur.* (2) Edit. *diceres.* (3) Cod. *foret.*

Conversus ad te pro convertendus. Cic. pro Plancio 20. *Non dubito quin omnis conversa* (1) *fuerit multitudo.*

Conlocat in illo. Idem pro Roscio 35. *In curru collocat Autumedontem.*

Conlocat illi. Idem in Pisonem. *Homini levi et subito filium collocavit* (2).

Convenit in illum. Idem pro Deiotaro 10. *Tamen id maledictum minime in illam ætatem conveniet.*

Congruunt illi inter se. Ter. Heaut. 3. 1. 91. *Ne nos inter nos congruere sentiant.*

Cicius (3) sive celerius hac re. Virg. Æn I. 142. *Et dicto citius tumida æquora placat.* Sal. Hist. (Lib. incert.) 1. *Illo tertio mense pervenere in Pontum multo celerius spe Mithridatis.*

D

Despectus mihi est. Virg. Ecl. II. 19. *Despectus tibi sum, nec qui sim.*

Despectus est a me. Cic. in Pisonem 41. *Despecto a ceteris, a se ipso desperato* (4).

Dives illius rei Virg. Ecl. II. 20. *Quam dives pecoris.*

Dives illa re. Idem Æn. IIII. 37. *Quos Aphrica terra triumphis Alit.*

Donata mihi sunt. Idem Ecl. III. 14. *Quæ tu puero donata dolebas.*

Donatus his sum. Idem Æn. V. 268. *Donati omnes opibusque superbi.*

Donat hæc illi. Idem V. 262. *Donat habere viro decus.*

---

(1) Cod. *conversi.* (2) Ita Cod. Ceterum locus videtur pertinere ad fragmentum principii Orationis eius quartum ab Asconio servatum. (3) Ita Cod. *Cicius.* (4) Edit. *Despectum a ceteris, a te ipso desperatum.*

Donat illum hac re. Idem Ecl. v. 85. *Hac te nos fragili donavimus* (1) *ante*. Cic. in Pisonem 11. *Me inaurata statua donarunt.*

Decus tuis. Virg. Ecl. v. 34. *Tu decus omne tuis.*

Decus tuorum. Idem Æn. VIIII. 405. *Astrorum decus et nemorum.*

Dignus hac re. Idem Ecl. III. 109. *Et vitula tu dignus et hic* (2).

Dignus qui hoc faceret. Cic. Rhet. (seu de Invent.) I. 3. *Dignus qui remp. gereret* (3).

Dignus fieri. Virg. Ecl. v. 54. *Et puer ipse fuit cantari dignus*. Et in eadem 89. *Et erat tum dignus amari.*

Dignor me illa re. Idem Æn. I. 335. *Haud equidem tali me dignor honore.*

Dignatus illa re, id est dignus habitus. Idem III. 475. *Coniugio, Anchise* (4), *Veneris dignate superbo.*

Desine facere. Idem IIII. 360. *Desine meque tuis incendere teque querelis.*

Desine hoc. Idem Ecl. VIII. 61. *Desine Mænalios iam desine tibia versus*. Ter. Heaut. 2. 3. 64. *Mulier te iam desinit et deserit* (5).

Dormit hac re. Virg. Georg. II. 506. *Et Serano* (6) *dormiat ostro.*

Dormiet in illam. Ter. Heaut. 2. 3. 101. *In utramvis aurem ociose dormias.*

Dolet illa re. Virg. Æn. I. 669. *Et nostro doluisti sæpe dolore.*

Dolet illam rem. Sal. Cat. 41. *Et quasi dolens eius casum.*

---

(1) Edit. *donabimus*. Sed nimirum in Codice est *u* pro *b*. (2) Hunc Fronto versum confirmat, qui Heynio spurius videtur. (3) Cod. *Dignus qui rem pergeret*. (4) Edit. *Anchisa*. (5) *Mulier telam desinit*. (6) Edit. *Sarrano*.

Doleo vicem tuam, id est propter te doleo. Cic. de Domo et Rep. *Vicem* (1) *lugeo.*

Dolet illa pars mihi. Ter. Phor. 5. 8. 69. *Tuo viro oculi doleant.*

Deiectus illa re. Virg. Æn. III. 317. *Heu quis te casus deiectam coniuge tanto?*

Deiectus ab illa re. Idem v. 542. *Quanvis solus avem cælo deiecit ab alto.*

Deiectus ab illa re. Cic. pro Murena 37. *Deiici de urbis præsidio et deturbari de custodia civitatis volunt.*

Doctus illius rei. Virg. Æn. x. 225. *Quarum quæ fandi doctissima Cymodocea.*

Doctus illa re. Sal. Cat. 26. *Litteris græcis et latinis docta.*

Doctus illam rem. Idem in eodem 46. *Per legatos cuncta edoctus.* Et Hist. I. 20. *Doctus militiam.*

Doctus ad illam rem. Ter. Hecy. 2. 1. 6. *In eodemque omnes mihi videntur ludo doctæ ad malitiam* (2).

Desiluit hoc. Virg. Æn. x. 453. *Desiluit Turnus biiugis.*

Desiluit ab hoc. Idem XI. 500. *Portisque ab equo Regina sub altis* (3) *Desiluit.*

Digredior illi loco. Sal. Iug. 54. *Numidas quietos neque colli* (4) *digredi animadvertit.*

Digredior illum locum. Sal. Hist. IIII. 11. *Exercitum dimisit ut primum Alpes digressus est.*

Decet te. Cic. Phil. II. 8. *Quam id te, Dii boni! non decebat?*

Decet tibi. Sal. Hist. I. 21. *Locum editiorem, quam victoribus decebat, capit.* Ter. Adel. 3. 4. 45. *Ita nobis* (5) *decet.*

---

(1) Cod. *Vitam.* (2) Cod. *militiam.* (3) Edit. *sub ipsis.* (4) Edit. *colle.* (5) Edit. *ut vobis.*

Dimidio pluris idest duplo. Cic. in Frumentaria 32. de Decumis Herbitensium per triennium (1), cum primo anno venditas dicat tritici modiis XXXXIIII. milibus. Secundo tritici modiis XXV. milibus DCCC. Anno tertio supra iacente Æschrione venditas dicunt medimnis IIII. milibus centum. Idem modiis XLVII. milibus dictis dupla summa cum proxime addicitur medimnis. VIII. milibus C. fere pluris quam superiore anno. Idem pro Flacco 20. *Habebat enim Rhetor iste discipulos quos dimidio redderet stultiores quam acceperat: neminem tamen adeo infatuare potuit, ut ei nummum concederet* (2).

Dedo illi rei. Idem pro Cotho (3) 992. *Hic si se istius viæ dedisset.* Virg. Georg. IIII. 90. *Dede neci.*

Dedo in illam rem. Ter. And. 1. 2. 28. *Cæsum te in pistrinum, Dave, dedam.*

Dedo ad hoc. Cic. pro Cornelio 991. *Ad miserrimum crudelissimumque dominatum dedi patiamini.* Idem pro Cluentio 69. *Sed plane ad supplicium dedidit* (4).

Dat illi. Virg. Æn. VIIII. 83. *Da nate petenti.*

Dat in illud. Idem VIIII. 815. *Saltu sese omnibus armis In fluvium dedit.*

Dat ad illum Ter. Phor. 4. 3. 48. *In servitutem pauperem ad ditem dari.*

Deposuit his. Virg. Georg. II. 24. *Deposuit sulcis.*

Deposuit in his. Cic. Phil. XIII. 11. *Cum in gremiis mimarum mentum mentemque deponeret* (5).

---

(1) Videndus hic locus in Edit. Ciceronis: nam recens et parum doctus Codicis scriptor multam obscuritatem invexit. (2) Edit. *crederet.* Veram lectionem puto *concrederet.* (3) Edit. *L. Othone*, quæ videtur vera lectio. (4) Edit. *dedit.* (5) Edit. *deponeret.*

Detraho tibi. Idem pro Cornelio 990. *Nihil senatui detraxisse Cornelium.*

Detraho de te. Idem pro Scauro 994. *Nihil Sardos Appio gratius esse facturos, quam si de Scauri fama detraxerint* (1). Voluit quidam distantiam esse, ut lacerare famam de illo detrahere sit, sed falso. Idem de Suppliciis. *Quæ tu de Rep. detraxeris*, id est imminueris et abstuleris. Idem in Cat. II. 8 *Et dubitas de possessione detrahere?*

Deficit illam rem. Virg. Georg. I. 290. *Noctes lentus non deficit humor.*

Deficit ab illa re. Cic. de Prætura urbana 31. *Lampsacena civitas deficere ab imperio ac nomine nostro valebat* (2)?

Deficit ad illum. Sal. Iug 65. *In his urbibus quæ ad se* (3) *defecerant.*

Deficit simpliciter pro deest. Virg. Æn. VI. 143. *Avulso* (4) *non deficit alter.*

Decedo de hac re. Cic. de Rep. *Ut de via decedendum sit.*

Decedo huic simpliciter. Virg. Ecl. VIII. 88. *Nec seræ meminit decedere nocti.*

Delectat me hæc res. Cic. de Rep. I. 1002. *Ipsa cognitio nos delectavit.*

Delectat illa re. Idem in Hortensio 1015 *Hic primum Catulus delectatus* (5) *ipso loco.*

---

(1) In Editione huius Tullianæ Orationis pleniore Mediolanensi p. 10. n. 2. ego quidem, recentiori opinioni obtemperans, hunc locum dixi ex Arusiano Messo fuisse petitum. Sed reapse Frontonem potius quam Messum hæc *Exempla elocutionum* coacervasse, in Monito meo huic Operi præposito probabiliter, ut spero, docui. (2) Edit. *volebat.* (3) Edit. *ab se.* (4) Cod. *Avusso.* (5) Edit. *delectatur.*

Desiste hac re. Sal. Hist. II. 4. *Ut actione desisteret.* Ter. in Phor. 4. 3. 29. *Ut herus his desistat litibus.*

Desiste hoc facere. Virg. Æn. XII. 60. *Desiste manum committere Teucris.*

Divertit domum. Cic. pro Deiotaro 6. *Et domum Regis hospitis sui divertisset* (1).

Divertit in domum. Idem pro Milone 20. *Divertit in villam Pompeii.*

Defigit in illa re. Idem in Cat. I. 6. *Quod eam necesse putas etiam in consulis corpore defigere.*

Defigit illa re. Virg. Æn. XII. 130. *Defigunt tellure hastas.*

Disco ex illo. Idem XII. 435. *Disce, Puer, virtutem ex me.*

Disco de illo. Ter. Eun. 2. 2. 31. *Ut sibi liceret discere id de me.*

Deflexit de proposito. Cic. Philip. XVI (2). *Laterensis ne vestigium quidem deflexit.*

Disceptata lis est. Cic. Philip. XVII. *Non est illa dessensio* (3) *disceptata bello.*

Deporto domum. Idem de Rep. II. 1003. *Cum aliud nihil domum suam deportavisset.*

Deportavit in illud. Idem de Prætura urbana 20. *Hæc non domum suam neque in suburbana amicorum sed Romam in publicum deportavit* (4).

---

(1) Edit. *divertisses.* (2) Ita evidenter Codex habet *Cic. Phil.* XVI. et mox *Cic. Phil.* XVII. essetque omnino nobilis hic locus, ex quo trium Philippicarum Tullii, præter cognitas huc usque XIV., notitiam hauriremus. Sed quoniam Codex abundat erroribus, sedulo quærendum est in Tullianis Operibus editis num hic et alter locus occurrant. (3) Ita Cod. pro *dissensio*, ut puto. (4) Edit. *deportasses.*

Discedit Roma. Idem in Verr. Act. I. 18. *Cum hæc frequentia Roma discesserit.*

Defungitur his. Idem in Frumentaria 16. *Tribus decumis pro una defungeretur.* Virg Æn. VI. 83. *O tandem magnis pelagi defuncte periclis.*

Desperat hanc rem. Cic de Suppliciis 6. *Desperatis iam omnibus rebus.*

Dego illam rem. Virg. Æn. IIII. 550. *Sine crimine vitam Degere.* Cic. pro Roscio 52. *Inter feras satius est ætatem degere.*

Desuetus his. Virg. Æn. VI. 815. *Et iam desueta triumphis Agmina.*

Diffidit illi. Idem. III. 51. *Cum iam diffideret armis.* Cic. pro Cluentio. *Diffidentem rebus suis.* Sal. Cat. 32. *Sibi patriæque diffidere.*

Defende illam rem pro ab illa re. Virg. Æn. X 905. *Hunc, oro, defende furorem.*

Defende ab illa re. Idem Ecl. VII. 6. *Dum teneras defendo a frigore myrtos.*

Discrucior huius. Ter. Adel. 4. 4. 1. *Discrucior animi.*

Dubius consilii. Sal. Hist. III. 13.

Decidi de illa re. Ter. Heaut. 2. 3. 9. *Heu quanta de spe decidi !*

Deperit amicam. Idem in eadem 3. 2. 14. *Clinia hanc si deperit.*

De subito cum præpositione. Idem in eadem 4. 2. 6. *Bolum mihi tantum* (1) *ereptum tam de subito* (2) *ex faucibus*

De repente. Idem Hecy. 4. 1. 3. *Proripuit* (3) *de repente tacitus sese ad filiam.*

Duxisse. Idem in eadem 4. 1. 7. *Uxor ubi me ad filiam ire sensit, se duxit foras.*

---

(1) Cod. *Bolum in tantum.* (2) Edit. *subito* sine *de.* (3) Edit. *corripuit.*

Diligens huius rei. Cic. pro Cornelio II. 991. *Quam diligentes libertatis vos oporteat esse.*

Dumtaxat tantummodo vel hoc solo. Idem pro eodem II. ibidem. *Qui commodis p. r. lingua dumtaxat ac voluntate consuluit.*

Demo de hoc. Idem pro eodem I. ibidem. *Demi medius fidius de his tormentis aliquantum malim.*

Das hoc facere. Virg. Æn. I. 79. *Das epulis accumbere Divum.* Et v. 689. *Da flammam evadere classi.* Et XII. 97. *Da sternere corpus Semiviri.*

De die sicut ex tempore. Ter. Adel. 5. 9. 8. *Apparare de die convivium.* Cic. Phil. II. 34. *Non solum de die, sed etiam ad diem* (1) *vivere.*

Detrecto hanc rem. Idem Cum quæstor Lilybæo decederet 989. *Quod non detrectare militiam sed defendere provinciam iudicata* (2) *est.*

Damnatus cæde et cædis utrunque. Idem Phil. I. 9. *Ei qui maiestatis damnatus sit.*

E

EXPERIOR hoc facere. Virg. Ecl. VIII. 66. *Magicis sanos avertere sacris Experior* (3) *sensus.*

Experior cum his. Cic. pro Cornelio 991. *Quid quod ne cum his quidem expertus es quos duces operarum fuisse dixisti?*

Experior illam rem. Virg. Georg. IIII. 156. *Æstate laborem Experiuntur.* Ter. Eun. 4. 7. 19. *Omnia prius experiri verbis* (4) *quam armis sapientem decet.*

Expertus illum. Virg. Æn. XI. 396. *Haud ita me experti Bitias et Pandarus ingens.*

Expertus illius. Idem X. 173. *Expertos* (5) *belli iuvenes.*

---

(1) Edit. *in diem.* (2) Cod. *indicata.* (3) Edit. *Experiar.* (4) *Verbis* abest a Codice. (5) Cod. *expertes*, quod non respondet τῷ *expertus.*

Eget illius rei. Idem Georg. II. 28. *Nil radicis egent aliæ.*

Eget illa re. Idem Æn. II. 521. *Non tali auxilio nec defensoribus istis Tempus eget.*

Egens illius rei. Idem VIII. 299. *Non te rationis egentem.*

Egenus illius. Idem I. 599. *Omnibus exhaustos* (1) *iam casibus omnium egenos.*

Evado his. Idem VIIII. 99. *Quæcumque evaserit undis.*

Evado hos. Idem in eodem 386. *Iamque imprudens evaserat hostes.*

Exulat illis locis. Idem Georg. III. 225. *Ignotis exulat oris.*

Exulat usque ad illa loca. Idem Æn. XI. 262. *Atrides Protei* (2) *Menelaus ad usque columnas Exulat.*

Egredior illo loco. Idem II. 713. *Est urbe egressis tumulus.* Cic. pro Ligario. 2. *Domo est egressus.*

Egressus illam rem. Sal. Hist. I. 19. *Gens raro egressa fines suos.* Idem III. 12. *Postquam egressus angustias.*

Exit illa re. Idem de Rep. I. 1001. *Nuntiatum est venire Lælium domoque iam exisse.*

Exit e loco. Cic. de Suppliciis. *Ut exeunt e Sicilia prædones.*

Exit illam rem. Virg. Æn. V. 438. *Corpore tela modo atque oculis vigilantibus exit.*

Emit de me. Cic. pro Roscio 2. *Quæ de viro clarissimo et fortissimo se se dicit emisse Lucius Corn. Chrysogonus.*

Emit a me. Idem de Suppliciis 22. *Quod a malo auctore emit* (3).

---

(1) Cod. *exaustos*. (2) Cod. *Prothei*. (3) Edit. *emissent*.

Expellit de loco. Idem pro Sextio 13. *Expellit ex patria* (1).

Expellit a loco. Idem pro Cornelio II. 991. *Expelleret a dispensantibus.*

Expers illius rei. Idem de Rep. 1001. *Negotii publici expers.*

Expers illa re. Sal. Cat. 34. *Fama atque fortunis expertes sumus.*

Egregius illa re. Virg. Æn. VI. 862. *Egregium forma.*

Egregius illius rei. Idem Æn. XI. 417. *Egregiusque animi.*

Egregius hæc. Sal. Iug. *Imperii prolatandi percupidus habebatur, cetera egregius.*

Exterritus animo. Virg. Æn. VIII. 370. *At Venus haud animo nequicquam exterrita mater.*

Exterritus illius rei. Sal. Hist. IIII. 11. *Tetrarchas regesque territos animi firmavit.*

Evenit in illo. Idem V. *Nam si in Pompeio* (2) *quid* (3) *humani evenisset.*

Evenit illi. Cic. in Pisonem 14. *An quod tibi proficiscenti evenit?*

Evenit his mihi incommode. Ter. Hecy. 5. 3. 40. *Incommode mihi nuptiis evenit.*

Expedio me hac re. Cic. pro Cornelio 991. *Eiusmodi mihi duos laqueos in causa esse præpositos* (4), *ut si me altero expedissem, tenerer altero.*

Expedio me ex hac re. Ter. Adel. 4. 4. 5. *Quo modo Me expediam ex hac turba?*

Excessit hoc loco. Virg. Æn. II. 351. *Excessere omnes adytis arisque relictis Dii.*

---

(1) Edit. *expellet a patria.* Ceterum in Frontone vel scribe prius *ex loco*, vel deinceps *de patria*, ut exemplum præcepto conveniat. (2) Edit. *si Pompeio.* (3) Cod. *quod.* (4) Edit. *propositos.*

Excessit ex hoc loco. Ter. Hecy. 3. 2. 12. *Et cura ex corde excessit.*

Excruciarè illa re Cic. de Prætura urbana 17. *Socium p. r. atque amicum fumo excruciatum semivivum reliquit.*

Elicit hoc vel huic. Virg. Georg. I. 108. *Ecce supercilio clivosi tramitis undam Elicit.*

Elicit ab hoc. Cic. pro Deiotaro 1. *In qua quæstione dolor elicere veram vocem possit etiam ab invito.*

Exerce illam rem. Virg. Æn. III. 281. *Exercent patrias oleo labente palæstras.*

Exercetur illa re. Cic. de Signis. *Dum armis exercetur.*

Enixa filium. Virg Æn. VII 320. *Ignes enixa iugales.*

Exsors huius. Idem VI. 428. *Quos dulcis vitæ exsortes.*

Excudit huic. Idem I. 174. *Silici scintillam excudit Achates.*

Excussos hac re. Idem VII. 299. *Quin etiam patria excussos.*

Effeta huius rei. Idem VII. 440. *Verique effeta senectus.*

Est cernere. Idem VI. 595. *Terræ omnipotentis* (1) *alumnum Cernere erat.* Et Georg. IIII. 447. *Neque est te fallere quicquam.* Et Ecl. X. 46. *Nec sit mihi credere tantum.*

Excipio illi rei. Idem Æn. VIIII. 271. *Excipiam sorti iam nunc tua præmia, Nise.*

Exuit hac re illam rem. Cic. pro Ligario 5 (2). *Nonne omnem humanitatem exuisses?*

Exosus illud. Virg Æn. XII. 517. *Exosum bella Menœtem.*

---

(1) Edit. *omniparentis.* (2) Cod. *pro Deiotaro.*

Extorris his. Idem IIII. 616. *Finibus extorris*. Sal. Hist. II. 1. *Orbe terrarum extorres* (1).

Edormit hoc. Ter. Adel. 5. 2. 11. *Edormiscam hoc vini* (2). Cic. Phil. II. 12. *Edormi crapulam et exhala* (3).

Ex commodo. Sal. Iug. 84. *Melius esse ratus ex commodo pugnam facere.*

Escendo equum. Idem in eodem 102. *Pars equos escendere.*

Erumpit inde. Virg. Georg. IIII. 368. *Inde* (4) *altus primum erumpit Enipeus.*

Emergit se. Sal. Hist. IIII. 12. *Ubi se laniata vestigia* (5) *fundo emergunt.* Ter. And. 3. 3. 30. *Ex illis se* (6) *emersurum malis.*

Exorsus orationem. Sal. Hist. IIII. 1. *Magnam exorsus orationem.*

Expostulo cum eo. Ter. And. 4. 1. 15. *Et cum eo iniuriam hanc expostulem?*

Evolve te hoc. Idem Eun. 4. 4. 56. *Hac re te* (7) *turba evolves.*

Elapsus hac muliere. Idem Hecy. 1. 2. 94. *Paulatim elapsus est Bachide, atque hunc* (8) *transtulit Amorem.*

Elapsus de hac. Virg. Æn. II. 526. *Ecce autem elapsus Pyrrhi de cœde Polites.*

Emungo hac re illum. Ter. Phor 4. 4. 1. *Emunxi argento senem* (9).

E loco evocat. Cic. pro Deiotaro 11. *E tenebris in lucem evocavit.*

---

(1) Edit. *Urbe patriaque extorres.* (2) Edit. *villi.* (3) Cod. *exala.* (4) Edit. *unde.* (5) Edit. *navigia.* (6) *Se* abest ab Edit. (7) Cod. *te de turba*: sed *de* abest ab Edit. et abhorret a præcepto Frontoniano. (8) Edit. *Bacchidi, atque huic.* (9) Edit. *senes.*

Excidit hac re. Virg. Æn. II. 658. *Tantumque nefas primo* (1) *excidit ore.*

Emissus ex hoc loco. Cic. in Cat. I. 11. *Ut abs te non emissus ex urbe.*

Emissus hoc loco. Virg. Georg. IIII. 58. *Emissum caveis ad sidera cœli Nare per æstatem liquidam suspexeris agmen.*

F

FELIX illa re. Idem Æn. VI. 785. *Felix prole virûm.*

Felix illius rei. Idem Georg. I. 277 *Ipsa dies alios* (2) *alio dedit ordine luna Felices operum.*

Ferax illo. Idem Georg. II. 222. *Illa ferax oleo.* Sal. Iug. 20. *Arbore* (3) *infecundus, fertilis frugum ager.*

Fidens fugæ. Virg. Æn. XI. 351. *Fugæ fidens, et cœlum territat armis.*

Fidentem fuga. Idem Georg. III. 31. *Fidentemque fuga Parthum.*

Fidus (4) illius. Idem Æn. XII. 659. *Regina tui fidissima.*

Fido huic rei. Idem VII. 290. *Iam fidere terræ.*

Fessus illius rei. Idem I. 178. *Fessi rerum.*

Fessus illa re. Idem II. 109. *Et longo fessi discedere bello.*

Fortunatus illius rei. Idem XI. 416. *Fortunatusque laborum.*

Fortunatus illa re. Sal. Cat. 26. *Liberis satis fortunata fuit.*

---

(1) Edit. *patrio.* (2) Cod. pro *alios* habet *saltus.* (3) Edit. *arbori.* (4) Cod. *fidens.*

Furens illius. Virg. Æn. V. 202. *Furens animi dum proram.*

Furens hoc Idem VIII. 228. *Ecce furens animis aderat Tirynthius.*

Fruor illa re. Ter. Adel. 5. 8. 27. *Huic demus qui fruatur* pro *quo fruatur.*

Fruor illam rem. Idem Phor. 1. 3. 13. *Veni, liceat quod amo tandiu frui* (1).

Fructui mihi est illud. Cic. de Imperio Pompeii 6. *Putatis ne vos his rebus frui posse, nisi eos qui fructui* (2) *vobis sunt conservaveritis?*

Functus illa re. Ter. Adel. 4. 3. 12. *Et tuo* (3) *officio fueris functus.*

Functus illam rem. Idem eadem 3. 4. 18. *Neque liberalis functus officium viri.*

Frater illius. Virg. Æn. V. 495. *Tuus, o clarissime, frater, Pandare.*

Frater illi. Sal. Hist. V *Qui* (4) *uxori eius frater erat.*

Fluit illa res. Virg Æn. VIII. 445. *Fluit æs rivis aurique metallum* (5).

Fluit illa re. Idem Georg. II. 166. *Atque auro plurima fluxit.*

Flet illud tempus. Idem IIII. 514. *At illa Flet noctem.* Volunt aliqui *flet noctem* quasi *usque ad noctem* intelligi, cum videatur melius quam *noctem quoque totam.*

Flendo consumat. Ut idem in eodem. 507. *Septem illum totos perhibent ex ordine menses Rupe sub aeria deserti ad Strymonis undam Flevisse.*

---

(1) Edit. *mihi liceat tam diu, quam amo, frui.* (2) Edit. *fructuosi.* (3) Edit. *et tu.* (4) Cod. prima manu *Et* ut in Edit., tum emendatum *Qui.* (5) Cod. *metallis.*

Furorem furit. Idem Æn. XII. 680. *Hunc, oro, sine me furere ante furorem.*

Futurum illi exitium est. Idem II. 190. *Tum magnum exitium Priami imperio Phrygibusque futurum.*

Futurus exitio ille illi. Idem VIIII. 315. *Multis tamen ante futuri Exitio.* Cic. pro Ligario 5. *Saluti civi calamitoso esse vellemus.*

Fretus hac re. Virg. Æn. VIIII. 676 *Freti armis.* Sal. Iug. 23. *Et amicitia p. r. magis quam Numidis fretus.*

Festino illud. Virg. Æn. IIII. 575. *Festinare fugam.* Sal. Hist. I. *Profectionem festinantes.*

Fine illius. Idem III. 14. *Fine inguinum ingrediuntur mare.*

Fatigatus illius rei, et etiam Fugitans litium.

Fugitivus ab illa re. Cic. de Signis. *Neque tam fugitivi illi a dominis, quam tu ab iure et a legibus.*

Firmatus illius rei. Sal. Hist. III. 12. *Ad Cyzicum perrexit firmatus animi.*

Fartus hac re. Cic. de Suppliciis 11. *Pulvinus erat perlucidus Melitensi rosa fartus.*

Falsus illius rei. Ter. Eun. 2. 2. 43. *Ut falsus animi est.*

Fundit humi. Virg. Æn. V. 77. *Mero libans carchesia Bacchi Fundit humi.*

G

GAUDET illa re. Idem Ecl. VI. 29. *Phœbo gaudet Parnasia rupes.*

Gaudet illam rem. Ter. And 5. 5. 8. *Hunc scio mea non* (1) *solum gavisurum gaudia.* Idem Phor. 5. 8.

---

(1) Edit. *mea solide solum.*

68. *Vin' primum hodie facere, quod ego gaudeam, Nausistrata?*

Gerens negotium. Cic. Phil. II. 25. *Magister equitum negotium publicum gerens.*

Gerentes negotii. Cic. pro Sextio (1). *Negotii gerentes.*

Gesto in hac re. Ter. Adel. 4. 2. 24. *Quem ego tantillum puerum gestavi in manibus meis.*

Gero hac re. Virg. Æn. XII. 944. *Atque humeris inimicum insigne gerebat.*

Gratum tibi est. Cic. in Hortensio 1015. *Lucullo quidem noster adventus et gratus et iucundus fuisse.*

Gratum adversum te pro tibi. Ter. And. 1. 1. 15. *Id gratum adversum te fuisse.*

Genitus illi rei faciendæ. Sal. Hist. III. 15. *Perdendæ pecuniæ genitus.*

Genitus illo loco. Virg. Æn. XII. 708. *Genitos diversis partibus orbis.*

Genitus illo parente. Idem VI. 131. *Diis geniti potuere.*

Gratiam illi criminis facio. Sal. Hist. III. 14. *Post reditum eorum, quibus senatus belli Lepidiani gratiam fecerat.*

Gratificor illam rem tibi. Cic. de Rep. I. 1002. *Populo gratificans et aliena et sua.* Sal. Iug. 3. *Nisi forte quem inhonesta libido tenet, potentiæ paucorum decus atque* (2) *libertatem suam gratificari.*

Gratiæ facio crimen meum. Idem in eodem 112. *Bacchum optimum pœnitet delicta gratiæ facit* (3).

Gnarus illius. Idem Hist. I. 22. *Et numeri eorum* (4) *Metellus per litteras gnarus.*

---

(1) Simile exemplum vide pro Quintio 19. (2) Cod. pro *decus atque* habet *recusatque.* (3) Edit. *Boccho, quoniam pœnitet, delicti gratiam facit*, quæ videtur vera lectio. (4) Edit. *Itineris eorum.*

Gemit extrema. Virg. Æn. XI. 865. *Atque extrema gementem.*

Gravis illo, id est ex illo. Idem I. 273. *Regina Sacerdos Marte gravis.*

Gravis hac re. Idem VIIII. 246. *Hic armis gravis atque animi maturus Aletes.*

Genus italus pro genere. Idem V. 285. *Cressa genus.* Idem VIII. 114. *Qui genus?*

Geminum illis rebus pro simillimum. Cic. in Pisonem 7. *Illud vero geminum consiliis Catilinæ et Lentuli, quod me domo mea expulistis.*

H

HABITO illam rem. Virg. Ecl. II. 29. *Atque humiles habitare casas.*

Habito illa re. Idem Æn. III. 110. *Habitabant vallibus imis.*

Habito ibi. Idem VII. 151. *Hic fortes habitare Latinos.*

Habitantur illis illa loca. Idem III. 398. *Cuncta malis habitantur mœnia Graiis.*

Habitant in hoc loco. Ter. And. 4. 6. 1. *In hac habitasse platea dictum est Chrysidem.*

Habitat ad hæc loca. Virg. Æn. III. 643. *Hæc habitant ad litora vulgo Infandi Cyclopes.*

Halat illa re. Idem Georg. IIII. 109. *Halantes floribus horti.*

Halat illam rem. Cic. Phil. II. 12. *Edormi crapulam et exhala* (1) Virg. Æn. VII. 84. *Seramque* (2) *exhalat opaca Mephitim.*

---

(1) Cod. *exala*, et mox *exalat.* (2) Edit. *Sævamque.*

Hostis illis. Cic. de Signis. *Neque tam illi hostes hominibus, quam tu Diis immortalibus.*

Hæsit his. Virg. Æn. VIIII. 537. *Et postibus hæsit aenis* (1).

Hæsit in iisdem. Idem V. 204. *Infelix saxis in procurrentibus hæsit.* Cic. pro Milone 21. *Hæsit in pœnis.*

Habet a me. Cic. in Pisonem 11. *A me habere vitam fortunas liberos.*

Habet de me. Ter. Phor. 2. 2. 17. *Agrum de nostro patre Colendum habebat.*

Habere donat. Virg Æn. V. 262. *Loricam donat habere viro.*

Habendo aptat (2). Idem XII. 88. *Simul aptat habendo Ensemque clypeumque.*

Hortor illos facere. Idem II. 74. *Hortamur fari quo sanguine cretus.*

Hortor illos factum, hoc est factum (3) ire. Sal. Hist. III. 10. *Neque vos ultum iniurias hortor.*

Humi nascuntur. Virg Ecl. III. 92. *Humi nascentia fraga.*

Huc includo. Idem Georg. II. 77. *Huc alienum* (4) *ex arbore germen Includunt.*

Huc asparge. Idem IIII. 62. *Huc tu iussos asparge* (5) *sapores.*

Huc calca. Idem II. 244. *Huc ager ille malus dulcisque a fontibus undæ Ad plenum calcentur.*

I

INHIANT illi rei. Idem Æn. IIII. 64. *Pecudumque reclusis Pectoribus inhians et spirantia consulit exta.* Cic. in Cat. III. 8. *Quem inauratum in Capitolio*

(1) Edit. *adesis.* (2) Cod. *optat* hic et in exemplo. (3) Cod. *factu.* (4) Edit. *aliena.* (5) Edit. *adsperge.*

parvum atque lactantem (1) *uberibus lupinis inhiantem fuisse meministis.*

Inhio illam rem. Virg. Georg II. 463. *Ni* (2) *varios inhiant varia* (3) *testudine postes.*

Indulget illa re. Idem IIII. 198. *Ne* (4) *concubitu indulgent.* Ter. Adel. I. 1. 38. *Vestitu nimio* (5) *indulges.*

Indulget illi rei. Virg. Æn. II. 776. *Quid iuvat insano tantum indulgere labori* (6) ?

Implet illa re. Idem III. 434. *Animam si veris implet Apollo.*

Implentur illius rei. Idem I. 215. *Implentur veteris Bacchi pinguisque ferinæ.*

Innare illum locum. Idem VI. 134. *Bis Stygios innare lacus.* Idem Georg. II. 451. *Undam levis innatat alnus.*

Innare illo loco. Idem Æn. VIII. 691. *Pelago credas innare revulsas Cycladas.*

Incumbo illi rei. Idem Ecl. VIII. 16. *Incumbens tereti Damon sic cœpit olivæ.*

Incumbo illam rem. Sal. Hist. III. 12. *Ut sustinere corpora plerique nequeuntes arma sua quisquis instans incumberet* (7).

Incumbo ad illam rem. Cic. de Imperio Pompeii (8). *Incumbite ad id bellum, Quirites.* Idem pro Murena 26. *Præsertim tamen incubui* (9) *ad virum bonum.*

Inducite animum. Ter. Heaut. Prol. 41. *Causam hanc iustam esse inducite animum.*

---

(1) Edit. *lactentem.* (2) Edit. *Nec.* (3) Edit. *pulcra.* (4) Ita Cod. pro *nec* habet *ne*, quod ferri potest. (5) Edit. *nimium.* (6) Edit. *dolori.* (7) Edit. *quisque stantes incumberent.* (8) Respice ad Caput 7. eius orationis. (9) Edit. *Præsertim cum incubuit.*

Inducite in animum. Cic. pro Cluentio. *Quotiescumque quicquam eiusmodi monstri poterat in animum inducere.*

Inductus illis rebus. Virg. Æn. XI. 83. *Inductosque* (1) *iubet truncos hostilibus armis.* Idem XII. 947. *Tune etiam spoliis inducte* (2) *meorum.*

Indutus illas. Idem II. 275. *Exuvias indutus Achillis.*

Induitur illi rei. Idem VII. 668. *Indutus capiti sic regia tecta subibat.*

Incumbo in illam rem. Cic. pro Plancio 7. *Equidem qui in me ipsum incumbat* (3). Idem Phil. IIII. 5 *Incumbite in causam, Quirites.*

Induit se in illam rem. Virg. Georg. I. 187. *Cum se nux plurima sylvis Induit* (4) *in florem.*

Induitur illam rem corpore. Idem Æn. VII. 640. *Induitur loricam humeris* (5).

Inducitur illa re corpus. Idem VIII. 457. *Tunicaque inducitur artus.*

Inludo illi rei. Idem IIII. 591. *Et nostris illuserit advena regnis!*

Inludo illum. Idem VIIII. 634. *I* (6), *verbis virtutem inlude superbis.*

Inludo in illa re (et in illam rem). Ter. And. 4. 5. 18. *Adeon' videmur vobis esse idonei, In quibus sic illudatis?* Idem Eun. 5. 4. 20. *Ne impune in nos inluserit* (7).

Inops illius rei. Virg. Æn. IIII. 300. *Sævit inops animi.* Sal. Hist I. 6. *Agitandi inops.*

Inops hac re. Cic. pro Scauro 994. *Copiis inops, gente fallax.*

---

(1) Edit. *Indutosque.* (2) Edit. *indute.* (3) Edit. *incurrit.* (4) Edit. *Induet.* (5) Codex citat Librum 3. Æneidos. Libro quidem 7. v. 640. lego *Loricam induitur*: sed *humeris* abest. (6) Cod. *In.* (7) Edit. *inluseris.*

Ignarus faciendi. Virg. Æn. v. 618. *Haud ignara nocendi.*

Iuro per illam rem. Idem VIIII. 300. *Per caput hoc iuro.*

Iuro illam rem. Idem VI. 351. *Maria aspera iuro.*

Insido illis. Idem VI. 708 *Floribus insidunt variis.* Idem. VIII. 480 *Iugis insedit Etruscis.*

Insido illos. Idem X. 59. *Non satius cineres Troiæ* (1) *insedisse supremos?* Sal. Hist. I. 2. *Armata montem sacrum atque Aventinum insedit.*

Insonuit illa re Virg. Æn v. 579. *Insonuitque flagello.*

Insonuit illam rem. Idem VII. 451. *Verberaque insonuit.*

Indignus hac re. Sal. Hist. I. 12. *Et indigni republica.*

Indignus huius rei. Virg. Æn. XII. 649. *Magnorum indignus avorum.*

Ingens illius rei. Sal. Hist. III. 13. *Ingens ipse virium atque animi.*

Ingens hac re. Virg. Æn. XI. 124. *O fama ingens, ingentior armis*

Integer illius rei. Idem VIIII. 255. *Integer ævi Ascanius.*

Integer illa re Sal. Hist. II. 2. *Copiis integra.*

Impendet tibi illa res. Cic. in Cat. I. 6 *Prætermitto* (ruinas) *fortunarum tuarum, quas omnes impendere tibi proximis diebus* (2) *senties.*

Impendet te illud. Ter. Phor. I. 4. 2. *Ita nunc imparatum subito tanta te impendent mala.*

Interdicitur tibi illa re. Cic. Phil. I. 9. *Iubent ei qui de vi, itemque ei qui maiestatis damnatus sit, aqua et igni interdici.*

---

(1) Edit. *patriæ.* (2) Edit. *idibus.*

Impertio te illa. Ter. Adel. 3. 2. 22. *Sed cesso heram hoc malo impertire?* Idem Eun. 2. 2. 39. *Plurima salute Parmenonem Summum suum* (1) *impertit Gnatho.*

Impertio tibi illam rem. Cic. pro Roscio 4. *Talem te nobis et reip.* (2) *impertias.*

Instruitur hac re. Virg. Æn. I. 637. *At domus interea* (3) *regali splendida luxu Instruitur.*

Instruitur huic rei. Sal. Hist. II. 2. *Antequam regressus Sertorius instrueret* (4) *pugnæ suos.*

Insisto illum locum. Virg. Æn. VI. 563. *Nulli fas casto sceleratum insistere limen.*

Insisto in (5) illo loco. Sal. Hist. III. 13. *Locum nullum, nisi in quo armati institissent.*

Insisto plantis. Virg. Æn. XI. 573. *Plantis Institerat.*

Inscriptum in illa re. Cic. in Cat. I. 13. *Insit* (6) *denique inscriptum in fronte uniuscuiusque quid de rep. sentiat.*

Inscriptus illam rem. Virg. Ecl III. 106. *Inscripti nomina regum Nascuntur* (7) *flores.*

Imperator illorum est. Sal. Iug. 35. *Imperatores omnium gentium.*

Imperator illis est. Idem in eodem 7. *Imperator Romanis erat.*

Imperat hac regione. Idem in eodem 81. *Carthaginienses pleraque Aphrica* (8) *imperitabant*

Imperium in illos habet Ter. Eun. 3. 1. 25. *Qui* (9) *habes imperium in beluas.*

It illis locis. Virg Æn. v. 451 *It clamor cælo.*

---

(1) *Suum* abest a Cod. (2) Edit. *populo romano.* (3) Edit. *interior.* (4) Cod. *instruere.* (5) Addidi præpositionem tum hic tum in exemplo, quam amanuensis in superiorem elocutionem mendose transtulerat. (6) Edit. *Sit.* (7) Edit. *Nascantur.* (8) Edit. *pleræque Africæ.* (9) Edit. *Quia.*

It illam rem. Idem VI. 122. *Itque reditque viam totiens.* Cic. pro Murena 12. *Ite* (1) *viam, redite viam.*

Inter illud pro ad illud. Virg. Ecl. II. 3. *Tantum inter densas, umbrosa cacumina, fagos Assidue veniebat.*

Inter illud pro cum illud agitur. Cic. Phil. II. 25. *Si inter cœnam atque in ipsis tuis immanibus poculis hoc tibi accidisset.* Sal. Iug. 32. *Inter dubitationem.* Virg. Ecl. VIIII. 24. *Inter agendum Occursare capro.*

Inter geminata præpositio. Cic. in Cat. III. 2 *Ut Tiberis inter eos et pons interesset.* Idem in Pisonem 7. *Quod autem maius indicium expectatis, nihil inter vos et Catilinam interfuisse?*

In verbera pendent. Virg. Æn. V. 147. *Pronique in verbera pendent.* Idem X. 586. *Prono* (2) *pendens in verbera telo.*

In pedes pro in fugam. Ter. Eun. 5. 2. 5. *Ego in pedes quantum queo.*

In illum exempla facio. Idem in eadem 5. 5. 6. *Quid ais? in quem exempla fient?*

In illum pecco. Idem Phor. 5. 3. 20 *Vide in* (3) *cognatum pecces.*

In biduum. Idem Eun. 1. 2. 110. *In hoc biduum Thais vale.*

In os laudare idem quod præsentem laudare. Idem Adel. 2. 4. 5. *Vereor in os te laudare amplius.*

In illo loco te diligo. Idem And. 1. 5. 58. *Si te in germani dilexi loco.*

---

(1) Edit. *Inite.* (2) Edit. *Pronus.* (3) Edit. *Vide ne in.*

In illum feci sumptus. Idem Hecy. 4. 4. 63. *Sumptus quos fecisti in eam.*

In medium pro in commune. Virg. Georg. I. 127. *In medium quærebant.* Idem IIII. 157. *Et in medium quæsita reponunt.* Sal. Hist. IIII. 9. *Dissidere inter se cœpere, neque in medium consultare.*

Indiget illius rei. Virg. Ecl. II. 71. *Quorum indiget usus.* Ter. And. (1) 5. 3. 19. *Quasi tu huius indigeas patris.*

Instar illius rei. Virg. Æn. II. 15. *Instar montis equum.* Cic. de Suppliciis (2) 17. *Navem maximam triremis instar.*

Instat illis locis. Virg. Æn. XI. 529. *Sive instare iugis.*

Instat illi pro imminet. Idem X. 196. *Ille Instat aquæ.*

Instat illum pro festinat. Idem VIII. 433. *Currumque rotasque volucres Instabant.*

Instat illa re aliam. Idem XII. 748. *Trepidique pedem pede fervidus* (3) *instat* (4).

Indignatus illam rem. Idem VIII. 728. *Et pontem indignatus Araxes.*

Ingressus loca. Cic. in Pisonem. *Dedecus quemadmodum ingressus.*

Ingressus locis. Virg. Æn. X. 148. *Castris ingressus Etruscis.*

Imposuit illi. Idem Georg. III. 116. *Impositi dorso equitem docuere.* Idem Æn. II 707. *Ergo age, care pater, cervici imponere nostræ.*

Imposuit in illam rem. Sal. Hist. II. 9. *Omnia sacrata corpora in ratem imposuisse.* Ter. And. I. I. 102. *In ignem imposita* (5) *est*

---

(1) Codex laudat ex Eunucho, qui lapsus non Frontoni sed librario tribuendus est. (2) Codex laudat ex Oratione de Signis. (3) Cod. *fecudus.* (4) Edit. *urguet.* (5) Edit. *posita.*

Inhorruit his. Virg. Æn. v. 11. *Inhorruit unda tenebris.*

Invigilo hac re pro huic. Idem Georg. IIII. 158. *Invigilant victu.* Idem Æn. VIIII. 605. *Venatu invigilant pueri.*

In noctem siletur. Idem Georg. IIII. 189. *Siletur in noctem.* Cic. de Rep. *Sermonem in multam noctem produximus.*

Infelix huius rei (1). Virg. Æn. IIII. 529. *Infelix animi Phœnissa.*

Immodicus animi. Sal. Hist. (Lib. incert.) 7.

Implexus illo. Virg. Georg. IIII. 482. *Cæruleosque implexæ crinibus angues.*

Includunt huic rei. Idem Æn. II. 19. *Includunt cæco lateri.*

Includuntur in hanc. Cic. de Suppliciis 45. *Includuntur in carcerem condamnati* (2).

In præposito communis interdum aliud significans, interdum licenter posita, invenitur. Virg. Georg. IIII. 473. *Quam multa in foliis avium se milia condunt.* Idem Æn. II. 401. *Nota conduntur in alvo.* Idem XI. 187. *Conditur in tenebras altum caligine cælum.* Idem Georg. I. 438. *Et cum se condit in undas.* Idem in eodem. 442. *conditus in nubem.* Idem Æn. VI. 339. *Exciderat puppi mediis effusus in undis.* Diligentiores quidam Grammatici hoc ita dividi volunt: *Cum in mediis undis esset, puppi effusus exciderat.* Ut illud Tullii pro Roscio 32. *Qui tanquam si effusa* (3) *Reip. sempiterna nox esset, ita ruebant in tenebris, omniaque miscebant.* Id est *non in tenebras de illustri*

(1) Cod. *hac re*, quod non congruebat exemplo ipsius Codicis.
(2) Edit. *condemnati.* (3) Edit. *offusa.*

aliquo loco ruebant, sed, veluti in tenebris conversarentur, ruebant. In illa pro illi. Virg. Æn. V. 344. *Gratior et pulchro veniens in corpore virtus Adiuvat.*

Immunis illius rei. Idem XII. 559. *Immunem belli atque impune quietam.*

Iræ est, sicut dolori. Idem X. 716. *Iustæ quibus est Mezentius iræ.*

Impatiens illius. Idem XI. 639. *Vulneris impatiens.*

Impedit ab illo. Sal. Iug. 32. *Potentia Scauri eos a vero bonoque impediebat.*

Irrito hominem. Virg. Æn. X. 644. *Irritatque virum telis.* Sal. Hist. I 11. *Maximo gaudio bellum inritare.*

In illam rem pro in illius rei formam. Virg. Æn. VI. 42. *Excisum Euboicæ latus ingens rupis in antrum.*

Insuevit hoc facere. Sal. Cat. 11. *Insuevit exercitus amare, potare.*

Insolitus huius. Idem Hist. I. 4. *Genus, armis ferox, et servitii insolitum.* Idem Iug. 43. *Pars insolita rerum bellicarum.*

In illum severus. Cic. Phil. II. 23. *Si severus, cur non in omnes?*

In te misericors. Idem in Cat. IIII. 6. *Sic nos in his hominibus, qui nos qui coniuges qui liberos nostros trucidare voluerunt, si vehementissimi fuerimus, misericordes habebimur.*

In rem est pro utile est. Sal. Cat. 20. *In rem fore credens.* Ter. And. 3 3. 14. *Si in rem est.*

In tempus, id est processu temporis. Sal. Hist. III. 9. *Itaque cetera ex licentia aut odio aut avaritia in tempus arsere.*

In tempore, id est opportune. Idem I. 4. *In tempore bellaturi.*

Incidi in illo. Cic. in Pisonem 29. *In eo elogio quod, te consule, in sepulchro reip. incisum est.*

In dies pro quotidie. Idem in Cat. I. 2. *Crescit in dies singulos hostium numerus.* Sal. Iug. 48. *Panem in dies mercari.*

In diem, id est in futurum. Cic. pro Cœlio 24. *O Dii immortales! cur præsentis fraudis pœnas in diem reservatis?*

Incertus illius. Ter. Hecy. 1. 2. 46. *Fecit, animi ut incertus foret.*

Inferior tibi. Sal. Hist. II. 5. *Vir gravis et nulla arte cuiquam inferior.*

Intentus illa re. Idem Cat. 2. *Qui aliquo negotio intentus.*

In geminata. Ter. Eun. 1. 1. 14. *In amore hæc omnia insunt vitia.* Cic. pro Scauro 995. *In illa bona invadere nullo modo potuisset.*

K

KAVE illis. Idem Phil. I. 2. *Veterani, quibus hic ordo diligentissime caverat* (1).

Kave ab illis. Sal. Cat. 54. *Cavere ab illis magis.* Ter. Eun. (2) 5. 2. 44. *Tunc pol tibi ab isto Cherea* (3) *cavendum intelligo.*

Kaptus hoc. Sal. Hist. III. 15. *Octavium mitem et captum pedibus.*

Kassus hoc. Virg. Æn. II. 85. *Nunc cassum lumine lugent.*

Klaudus hac re. Idem V. 278. *Pars vulnere clauda retentat.*

---

(1) Ita Cod. *caverat* pro *kaverat*, et sic deinceps. Recole p. 496. n. 1.

(2) Codex laudat hunc locum ex Andria. (3) Edit. *Aera.*

Klanculum illos. Ter. Adel. 1. 1. 27. *Alii clanculum Patres faciunt.*

L

Ludo illam rem. Virg. Ecl. I. 10. *Ludere quæ vellem.* Idem Æn. VIIII. 335. *Illa quæ* (1) *plurima nocte Luserat.* Ter. Eun. 3. 5. 38. *Consimilem luserat Iam olim ille ludum.*

Ludo re. Virg. Georg. II. 386. *Versibus incomptis ludunt risuque soluto.*

Lacessunt in illa re. Idem Æn. VII. 165. *Cursuque ictuque lacessunt.*

Lacessunt illam. Idem V. 429. *Immiscentque manus manibus, pugnamque lacessunt.*

Litandum re. Idem II. 118. *Animaque litandum Argolica.*

Lætus huius rei et hac. Idem XI. 73. *Quas illi læta laborum* Sal. Hist. II. 4. *Frugum pabulique lætus ager* (2).

Liber illius rei. Virg. Æn. X. 154. *Tum libera fati Classem conscendit.*

Laboro ex hac re. Cic. pro Cluentio 71. *Satis multos annos ex invidia laboravit.*

Libero te hac et de hac re. Idem in Cat. I. 5. *Magno me metu liberabis.* Ter. And. 2. 2. 15. *Quam primum de* (3) *hoc me libera miserum* (4) *metu.*

Largus opum. Virg. Æn. XI. 338.

Ludificor illum. Sal. Iug. 40. *Pacis mora præcipem* (5) *ludificari.*

Locatus illi. Cic. in Frumentaria. *Fundus erat colono locatus.*

---

(1) Edit. *qui.* (2) Deest exemplum τοῦ *lætus hac.* (3) *De* abest ab Edit. (4) Cod. *miseram.* (5) Ita Cod. *præcipem* scripturâ vetere pro *præcipitem*: at Edit. *consulem.*

M

Memini veterum et veteres. Virg. Æn. XI. 280. *Nec veterum memini lætorve malorum* Idem Ecl. VII. 19. *Alternos Musæ meminisse volebant.*

Manet te hoc. Idem Æn. VII. 128. *Hæc erat illa fames, hæc nos suprema manebat.*

Manet tibi hoc. Idem VIIII. 302. *Hæc eadem matrique tuæ generique manebunt.* Cic. Phil. II. 5. *Quando tibi domi manet* (1) *quod fuit illorum utrique fatale.*

Melior hac re. Virg. Æn. V. 153. *Melior remis.* Et 430. *Ille pedum motu melior.*

Medicor illi. Idem Georg. II. 135. *Senibus medicantur anhelis.* Ter. And. 5. 1. 12. *Nato ut medicarer tuo.*

Medeor illis. Cic. pro Roscio 53. *Quibus rebus maxime* (2) *mederi convenit.*

Multa pro multum. Virg. Æn. III. 610. *Haud multa moratus.*

Maturus animi (3). Idem V. 73. *Ævi maturus Acestes.*

Maturus huic. Idem VII. 53. *Iam matura viro, iam plenis nubilis annis.*

Maturo hanc rem. Cic. pro Cluentio 61. *Huic mortem maturabit* (4) *inimicus.* Sal. Hist. I. 21. *Fugam maturabat.*

Ministrat illis rebus. Virg. Æn. X. 218. *Ipse sedens clavumque regit velisque ministrat.*

Metuens illius. Idem V. 716. *Metuensque pericli est.* (Metuens illud). Sal. Iug. 44. *Metuentes pericula.* Metuit illis. Virg. Æn. X. 94. *Tum decuit metuisse tuis.*

---

(1) Edit. *Quoniam id domi tuæ est.* (2) Cod. *me.* (3) Ita Cod. *animi.* (4) Edit. *maturabat.*

Metuit ex illo. Sal. Cat. 55. *Periculum ex illis metuit.*

Metuit ab illo. Cic. pro Roscio 50. *Ab eo ne aliquid metuit* (1)?

Mando terra et terræ. Virg. Æn. VIIII. 214. *Mandet humo solita.* Et Ecl. VIII. 93. *Terra, tibi mando.*

Moliri tibi rem. Idem Georg. I. 271. *Insidias avibus moliri.*

Missus in illum. Idem Æn. VI. 813. *Missus in imperium magnum.*

Missus illi Idem Georg. II. 452. *Levis innatat alnus Missa Pado.*

Medio illius pro illo medio. Sal. Hist. I. 22. *Medio diei.* Virg. Æn. XI 547. *Ecce fugæ medio.*

Macta Deo. Idem VIII. 544. *Mactat* (2) *lectas de more bidentes.*

Moderor illis. Sal. Cat. 50. *Cuius libido gentibus moderatur.*

Motus loco. Cic. in Cat. II 1. *Loco ille motus.* Ab illo loco. Sal. Hist. I. 1. *Neque me diversa pars in civilibus armis movit a vero.*

N

NOMEN illi Virgilio est. Virg. Georg. IIII. 271. *Cui nomen amello.* Et Æn. VIIII. 593. *Cui Remulo cognomen erat.*

Nomen illi Virgilius est. Idem VIII. 358. *Ianiculum huic, illi fuerat Saturnia nomen.*

Nescius hoc facere. Idem XII. 527. *Et nescia vinci Pectora.* Idem Georg. II. 467. *At secura quies et nescia fallere vita.*

(1) Edit. *metuis.* (2) Edit. *Mactant.*

Nixus hac re. Idem Æn. x. 736. *Posito pede nixus et hasta.*

Nixus in hac. Cic. pro Deiotaro 2. *Dico extra conventum et eam frequentiam, in qua oratorum studia niti solent.*

Nixus in hanc rem. Virg. Æn. xii. 398. *Ingentem nixus in hastam.*

Nitens huic Idem iI. 380. *Pressit humo nitens.* Et hanc rem. Idem xii. 386. *Alternos longa* (1) *nitentem cuspide gressus.*

Nimius hac re. Sal. Hist. iI. 2. *Post, ubi fiducia nimius.*

Nimius illius. Idem iiiI. 1. *Impotens et nimius animi est.*

Nudus rerum. Sal. Iug. 81. *Loca æqualia et nuda gignentium.*

O

Obliviscor hanc rem et huius rei. Virg. Æn. iI. 148. *Obliviscere Graios.* Cic. pro Cœlio 20. *Obliviscor iniurias tuas, Clodi* (2). Idem in Cat. I. 3. *Obliviscere cædis atque incendiorum*

Oblitus huius rei et illam rem. Virg. Georg. iiI. 245. *Catulorum oblita leæna.* Idem iI. 59. *Pomaque degenerant succos oblita priores.*

Oblitum mihi, id est memoria recessit. Idem Ecl. viiii. 53. *Nunc oblita mihi sunt* (3) *carmina.*

Opus fuit. Ter. And. 4. 5. 1. *Quæ opus fuere ad nuptias Natæ paravi.*

---

(1) Cod. *longo.* (2) Edit. *Obliviscor iam iniurias, Clodia.* (3) Edit. *tot*, quod in Cod. ponitur loco τοῦ *nunc.*

Oro abs te. Virg. Æn. XI. 358. *Veniamque oremus ab ipso.*

Oravi tecum pro oravi te. Ter. Hecy. 4. 4. 64. *Oravi tecum, uxorem duceres.*

Obnixus huic. Virg. Georg. III. 233. *Arboris obnixus trunco.*

Optavit hoc illi. Idem Æn. III. 109. *Optavitque locum regno.* Cic. in Pisonem. *Maiorem sibi Insuber* (1) *ille avus adoptavit.*

Obverto navem loco. Virg. Æn. VI. 3. *Obvertunt pelago proras.*

Opportunus illi. Sal. Iug. 23. *Opportunus iniuriæ.*

Orbus patre. Virg. Æn. XI. 216. *Puerique parentibus orbi.* Et orbatus. Cic. in Pisonem 15. *Insuber* (2) *dicere ausus es orbatum patria.*

Opulentus rebus. Virg. Æn. I. 447. *Donis opulentum.* Sal. Iug 61. *Armis virisque opulentum.*

Opus civitatis, id est labor instar civitatis. Virg. Æn. V. 119. *Chimæram urbis opus.*

Obiit mortem. Obire est etiam inire. Cic. in Cat. III. 7. *Nihil erat quod non ipse obiret.*

Ociosus ab illa. Ter. Phor. 2. 1. 26. *Ociosum ab animo.*

Ortus ex eodem loco. Idem Eun. 2. 2. 10. *Viden'me ex eodem ortum loco?*

Ortus hoc. Virg. Æn. VII. 206. *His ortus ut agris Dardanus.*

P

PLENUS hac re. Idem Georg. II. 4. *Tuis hic* (3) *omnia plena Muneribus.* Idem Æn. V. 311. *Plenanque sagittis.*

---

(1) Cod. *insuper.* Vide Asconium ad fragmentum quartum huius Orationis in Pisonem. (2) Cod. *insuper.* (3) Cod. pro *tuis hic* habet *Iovis*, quod sumitur ex Ecl. III. 60.

Post interposita fit casus alterius. Idem VI. 409. *Longo post tempore venit* (1). Sal. Cat. 38. *Multos post annos.* Ter. tamen in Hecy. 3. 3. 33. ablativo vinxit. *Aiunt tecum post duobus concubuisse eam mensibus.*

Pastus illa et illam rem. Virg. Georg. III. 231. *Frondibus hirsutis et carice pastus acuta.* Idem Æn. II. 471. *Coluber mala gramina pastus.* Idem Georg. III. 219. *Pascitur in magna sylva formosa iuvenca.* Idem in eodem 314 *Pascuntur vero sylvas et summa Lycei.*

Potens illorum. Idem Æn. I. 80. *Nimborumque facis tempestatumque potentem.*

Potitur hanc rem. Sal. Iug. 41. *Cuncta potiendi* (2). Ter. Adel. 5. 4. 22. *Hic potitur gaudia.*

Paciscor ab illo hanc. Sal. Iug. 28. *Tantum ab eo vitam paciscatur.* Virg. Æn. V. 230. *Vitamque volunt pro laude pacisci.*

Peritus huius. Sal. Hist. I. 22. *Militiæ peritus.*

Proximus illi Virg. Æn V. 320. *Proximus huic, longo sed proximus intervallo.*

Proximus illo. Sal. Iug. 21 *Proxima Carthagine* (3) *Numidia appellatur.* Idem in eodem 22. *Proximi Hispania* (4) *Mauri sunt.*

Proxime illum. Cic. pro Milone 22. *Proxime Deas* (5) *accessit.*

Præsidet illi. Virg. Æn. III. 35. *Geticis qui præsidet arvis.*

---

(1) Edit. pro *venit* habet *visum.* (2) Edit. *oppidi potiundi.* (3) Edit. *Carthaginem.* (4) Edit. *Proxume Hispaniam.* (5) Edit. *Deos.* Sed *Deas,* laudabilior lectio, quum in eo loco Tullii mentio fiat violatarum Bonæ Deæ cæremoniarum.

Præsidere in illo. Sal. Cat. 59. *In agro Piceno præsidebat.*

Præstans illius et illo. Virg. Æn. XII. 19. *O præstans animi Iuvenis.* Sal. Cat. 38. *Probro atque petulantia maxime præstabant.*

Præfectus illi. Idem Iug. 56. *Quem elephantis et parti copiarum pedestrium præfectum supra diximus.*

Præfectus in illo. Cic. pro Sextio 18. *Inque eo exercitu inimici mei fratrem præfecerat.*

Præfinitur tibi illa res. Idem Phil. I. (1) 8. *Census præfiniebatur equiti romano.*

Pluris hoc. Idem pro Sextio 68. *Quis Carthaginensium pluris Annibale?*

Præter illi Sal. Cat. 37. *Ceteræ multitudini diem* (2) *statuit, præter rerum capitalium condemnatis.*

Præstolor illi et illum. Cic in Cat. I. 9. *Qui tibi ad forum Aurelium præstolarentur armati.* Ter. Eun. 5. 6. 5. *Quem præstolare, Parmeno, hic?*

Præsto est Cic. de Prætura urbana 1. *Præsto est, respondet, defenditur.* Idem pro Murena 12. *Præsto aderat sapiens ille, qui inire viam doceret.*

Plus hoc tempore. Idem Phil. I. 3. *Plus una nocte cupiens me retinere non potuit.*

Plus hoc tempus. Virg. Georg. IIII. 207. *Neque enim plus septima ducitur ætas* (3).

Par his. Cic. pro Cluentio. *Ingenio et virtute par his quos ante memoravi.*

Par hac. Sal. Hist. IIII. 9. *Scalas pares mœnium altitudine.*

Par cum his. Idem Iug. 15. *Parem cum liberis tuis, regnique participem fecisti.*

---

(1) Cod. *Phil.* II. (2) Cod. *idem.* (3) Edit. *æstas.*

Pudet hoc. Ter. Adel. 4. 7. 36. *Non te hæc pudent?*

Pertæsum est huius. Virg. Æn. IIII. 18. *Si non pertæsum thalami tædæque fuisset.* Et idem v. 714. *Et quos Pertæsum magni incœpti rerumque tuarum.* Sal. Hist. III. 8. *Quam vos iniuriæ pertæsum est.*

Patet tot pedes. Virg. Ecl. III. 105. *Tres patet cœli spacium non amplius ulnas.*

Patet tot pedibus. Sal. Hist. IIII. 13. *Ad Siciliam vergens faucibus, non amplius patet milibus* v. *et* XXX.

Pendet illa re. Virg. Æn. VIII. 668. *Et te, Catilina, minaci Pendentem populo* (1).

Pendet de illa. Idem Ecl. I. 77. *Dumosa pendere procul de rupe videbo.*

Pendet ab illa. Idem Æn. IIII. 79. *Pendetque iterum narrantis ab ore.*

Pendet illius. Ter. Heaut. 4. 4. 5. *Pendebat* (2) *animi.*

Proiectus in hoc. Virg. Ecl. I. 76. *Viridi proiectus in antro.*

Propinquat huic. Idem Æn. v. 159. *Iamque propinquabant scopulo.*

Propinquat illam rem. Sal. Hist. IIII. 12. *Tum vero Bithyni propinquantes iam amnem Tartanium.*

Patior hoc futurum. Cic. de Prætura urbana 1. *Patior, non moleste fero, Iudices, me laboris mei, vos virtutis vestræ fructum esse laturos.*

Patiens huius. Virg. Georg. II. 223. *Et patientem vomeris unci.*

Prægnans hac re. Idem Æn. X. 704. *Et face prægnans Cisseis Regina.*

Propius illas. Sal. Cat. 11. *Quod tamen vitium propius virtutem erat.*

---

(1) Edit. *scopulo.* (2) Edit. *Pendebit.*

Propius his. Virg. Georg. I. 355 *Propius stabulis armenta tenerent.* Idem IIII. 47. *Ne propius tectis taxum sine.*

Potest ab hac. Ter. Heaut. Prol. 13. *Sed hic actor tantum poterit a facundia.*

Potest hac re. Cic. Rhet. (seu de Invent.) I. 2. *Cum viribus plurimum posset.*

Pro hac, id est ante hanc. Virg. Æn. VIII. 653. *Stabat pro templo.*

Perosus illam. Idem VI. 435. *Lucemque perosi.* Et VIIII. 141. *Non genus omne perosos Femineum.*

Pœnas illius, quas ille intulit. Id. VI. 565. *Ipsa Deûm pœnas docuit.* Sal. Hist. I. 2. *Nam iniuriæ validiorum.*

Propter te, iuxta te. Cic. in Pisonem 3. *Hic vir clarissimus, qui propter te sedet, Lucius Gellius.* Virg. Georg. III. 13. *Et viridi in campo templum de marmore ponam Propter aquam.*

Præsagus illius. Idem Æn. X. 843. *Præsaga mali mens.*

Primus regno. Idem XI. 238. *Et primus sceptris haud læta fronte Latinus.*

Posthabeo meam rem tua. Idem Ecl. VII. 17. *Posthabui tamen illorum mea seria ludo.* Sal. Iug. 76. *Et sua necessaria post illius negotium* (1) *ducerent.*

Præ illa re. Idem in eadem 3. 5. 33. *Cum te post putasse omnes res præ parente intelligo.*

Perge iter. Ter. Hecy. I. 2. 119. *Pergam quo cœpi* (2) *hoc iter.*

Progredior loco. Virg. Æn. III. 300. *Progredimur* (3) *portu.*

Progredior intra (4) hæc. Idem XI. 608. *Iamque intra iactum teli progressus.*

---

(1) Edit. *honorem.* Et quidem dicendum est *negotio*, ne exemplum a præcepto abhorreat. (2) Cod. *accepi.* (3) Edit. *Progredior.* (4) Cod. *inter.*

Per [1] mutua pro invicem. Idem VII. 66. *Et pedibus per mutua nexis.*

Pugno in illum. Sal. Cat. 56. *Contra imperium in hostem pugnaverat.*

Pollens illa re. Idem Iug. 6. *Pollens viribus.*

Pavesco illa re. Idem in eodem 75. *Omni* [2] *strepitu pavescere.*

Prudens rerum. Idem Hist. I. 18. *Prudens omnium quæ senatus censuerat.*

Præminet. Idem II. 6. *Omnes, qui circumsunt, præminent altitudinem* [3] *millium passuum duorum.*

Pertinens in illum. Idem Hist. (lib. incert.) 6. *Unde pons in oppidum pertinens explicatur.*

Promptus illius. Idem II. 4. *Neque virgines nuptum a parentibus mittebantur, sed ipsæ belli promptissimos diligebant* [4].

Per geminata. Cic. pro Scauro 995. *Hoc nomine audito, quod per omnes gentes pervagatum est.*

Profiteor in his. Ter. Eun. Prol. 3. *In his poeta hic nomen profitetur suum.*

Post illa, id est postea. Idem Phor. 5. 8. 34. *Eam compressit, unde hæc nata est: neque post illa* [5] *unquam attigit.*

Proruunt foras simul omnes. Idem Eun. 3. 5. 51.

Per tempus, id est opportune. Idem And. 4. 5. 44. *O Chremes* [6], *per tempus advenis.*

Pluit rebus. Virg. Georg. IIII. 81. *Nec de concussa tantum pluit ilice glandis.*

---

(1) Cod. *Pro.* (2) Cod. *omnia.* (3) Edit. *altitudine.* (4) *delegebant.* (5) *Post illa* pro *postea* usurpavit ipse Fronto in Arione bis p. 374. et 376. et in Epistula 8. Libri ad Pium p. 16. (6) Edit. *O Chreme.*

Q

QUEROR tecum pro apud te. Cic. pro Oppio 990. *Questusque mecum est.*

Quietus ab illis. Sal. Hist. I. 22. *Quietam a bellis civitatem.*

Quies rerum. Virg. Georg. IIII. 184. *Omnibus una quies operum.*

Quicum pro cum quo. Cic. pro Quintio 6. *Quicum tibi societas, affinitas erat.*

Quid mulieris uxorem habes? Ter. Hecy. 4. 4. 21.

Quadrat in illum. Cic. pro Cœlio 29. *Nisi omnia, quæ cum turpitudine aliqua dicerentur, in istam quadrare apte* (1) *viderentur.*

Quisque suos patiamur amores (2). Virg. Æn. VI. 743.

R

RELEGAT in illum locum. Sal. Hist. I. 9. *Relegat* (3) *in paludes.*

Recordor de illo. Cic. pro Scauro 995. *De te recordor.* Et illum. Virg. Æn. VIII. 156. *Et vocem Anchisæ magni vultumque recordor.*

Resonat plangoribus æther. Idem IIII. 668.

Resonat hunc hac re. Idem VII. 11. *Inaccessos ubi solis Filia lucos Assiduo resonat cantu.*

Refugit ab hoc. Idem III. 536. *Refugitque ab littore templum.*

Refugit illam. Idem VII. 618. *Aversusque refugit Fœda ministeria.*

---

(1) Cod. *Apud te.* (2) Edit. *Quisque suos patimur manes.* Et quidem locus satis est obscurus, vehementerque vexatus a Criticis. (3) Edit. *Relegati.*

Recens a vulnere Dido. Idem VI. 450.

Recens loco. Cic. Phil. I. 3. *Ex his quidam Roma recentes.*

Requiesco illud. Virg. Ecl. I. 80. *Hic tamen hanc mecum poteris* (1) *requiescere noctem.*

Requiesco cursum. Idem VIII. 4. *Et mutata suos requierunt flumina cursus.*

Recipit se ab illis. Idem Georg. IIII. 403. *Quo fessus ab undis Se recipit.* Idem Æn. VI. 111. *Eripui his humeris medioque ex hoste recepi.*

Residet re. Idem I. 506. *Solioque alte subnixa resedit.* Idem V. 180. *Siccaque in rupe resedit.*

Reminiscor illam. Idem X. 782. *Et dulces moriens reminiscitur agros* (2).

Ritu illius. Idem XI. 611. *Crebra nivis ritu.*

Refert illum facie. Idem IIII. 329. *Qui te tantum* (3) *ore referret.*

Regnata (illi). Idem III. 14. *Thraces arant, acri quondam regnata Lycurgo.*

Recursat animo. Idem IIII. 3. *Multa viri virtus animo multusque recursat Gentis honos.*

Reponis in illam. Idem I. 253. *Sic nos in sceptra reponis?*

Reposita in illa re. Cic. de Signis 3. *Sacra quædam more Atheniensium reposita in capitibus virginum.*

Repone illi. Virg Æn. VII. 134. *Vina reponite mensis.*

Restituit in locum. Ter. Hecy. Prol. 21. *Ita poetam restitui in locum.*

S

Similis illius Virg Æn. V. 594. *Delphinûm similes.* Et illi. Idem VIII. 649. *Illum indignanti similem similemque minanti.* Sal. Cat. 14. *Similis ceteris efficiebatur.*

(1) Edit. *poteras.* (2) Edit. *Argos.* (3) Edit. *tamen.*

Subeo illam et illi. Virg. Æn. IIII. 599. *Quem subiisse humeris confectum ætate parentem.* Et VII. 161. *Muroque subibant.* Cic. Divin. in Cæcilium 14. *Poteris eis oratione subire* (1)? Virg. Æn. IIII. 10. *Nostris successit sedibus hospes.*

Successit illam. Sal. Hist. III. 15. *Muros successerant.*

Servatus periculis et ex periculis. Virg. Æn. VIII. 188. *Hospes servate periclis* (2). Idem XII. 768. *Servati ex undis.*

(Servans illius.) Idem II. 427. *Et servantissimus æqui.*

Studeo illam rem. Cic. pro Scauro 995. *Retinere* (3) *id quod præcipue semper studuit.* Ter. Heaut. 2. 4. 2. *Id cum studuisti.* Idem Hecy. 2. 2. 20. *Studeo hæc prius quam ille redeat* (4).

Super hac re, id est plus hac re. Virg. Æn. VIIII. 61. *Nocte super media.*

Super hac re, id est de his. Idem I. 750. *Multa super Priamo rogitans, super Hectore multa.* Idem Georg. IIII. 559. *Hæc super arvorum cultu* (5).

Super illa pro in illa. Idem Ecl. I. 81. *Fronde super viridi.* Idem. Æn. I. 700. *Stratoque super discumbitur ostro.* Idem in eodem 295. *Sæva sedens super arma.*

Sub hac pro ad hanc. Idem V. 853. *Oculosque sub astra tenebat.* Idem IIII. 494. *Tu secreta pyram tecto interiore sub auras Erige.*

Sub hanc, prope hanc. Idem I. 662. *Et sub noctem cura recursat.* Cic. de Domo sua 5. *Frumentum clausum continebant, ut sub novum* (6) *mitterent.*

---

(1) Edit. *Poterisne eius orationis subire invidiam?* Sed favet quodammodo Frontonis lectioni Asconius qui legit *invidiæ* et explicat: *Quasi latine dixit, ut, magno ponderi subire.* (2) Edit. *Hospes Troiane, periclis Servati.* (3) Edit. *Retineret.* (4) Edit. *ut redeat.* (5) Recolo p. 495. notam meam 2. (6) Edit. *ut subito novum.*

Sub hac, prope hanc Virg. Georg. IIII. 490. *Eurydicenque suam iam luce sub ipsa Respexit.* Idem Æn. VII. 43. *Totamque sub arma coactam Hesperiam.*

Suppeditat rebus. Cic. in Siciliensi 2. *Coriis, tunicis, frumentoque suppeditat* (1). Ter. Heaut. 5. 1. 57. *Nam si illi pergo suppeditare illis* (2) *sumptibus.*

Suppeditor his Cic in Cat. II. 11. *Sed si, omissis his rebus, quibus nos suppeditamur* (3), *eget ille.*

Satur illius. Ter. Adel. 5. 1. 3. *Postquam intus sum omnium rerum satur.*

Saturatus illam. Virg. Æn. V. 608. *Nedum* (4) *antiquum saturata dolorem.*

Saturatus hac. Idem VII. 298. *Odiis aut exsaturata quievi.*

Scit his. Ter Eun. 1. 2 53. *Videt honestam* (5) *virginem Et fidibus scire.*

Sciente te (6) faciam quidquid egero. Ter. Heaut. 4. 8. 33.

Suetus his. Sal. Hist. II. 2. *Genus militum suetum a pueritia latrociniis.*

Siste huc. Virg. Æn. IIII. 634. *Annam, cara mihi nutrix, huc siste sororem.*

Supervenio illis. Idem Ecl. (7) VI. 20. *Timidisque supervenit Ægle.*

---

(1) Edit. *suppeditato.* (2) *Illis* abest ab Edit. (3) Edit. *suppeditamus.* Sed etiam vetus Ciceronis scholiastes legit in eo loco *suppeditamur.* Tum idem Cicero *ad Attic.* XIV. 18. ait deponenti forma: *Quod mihi suppeditatus es.* (4) Edit. *Necdum.* (5) Edit. *Forma videt honesta virginem.* (6) Edit. *Te scientem.* (7) Codex quidem semper laudat Virgilii Bucolica, numquam Eclogas; mihi vero citare Eclogas commodius visum est.

Subligat illi. Idem Æn. VIII. 459. *Tum lateri atque humeris Tegeum* (1) *subligat ensem*

Salio per illam. Idem Georg. II. 384 *Unctos saliere per utres* (2).

Securus huius. Idem Æn. VII. 304 *Securi pelagi.*

Siccus hac Idem VIII. 261. *Et siccum sanguine guttur.*

Sacer illi. Idem XII. 766. *Forte sacer Fauno foliis oleaster amaris* (3).

Sentio de te bona. Cic. in Cat III. 2. *Quod* (4) *omnia de Rep præclara atque egregia sentirent.*

Statuo in illam. Ter Adel 3. 2 18. *Sublimen* (5) *medium abriperem et capite primum in terram statuerem.*

Siciens (6) illius. Cic. pro Plancio (7) 5. *Sicientem me virtutis tuæ.*

Sub geminata. Idem de Prætura urbana 21. *Sub imperium p. r. ditionenque subiunxit.*

Subsedit illam. Virg. Æn. XI. 268. *Devictam Asiam subsedit adulter.*

Subsedit in illo. Cic. pro Milone. 19. *Subsidendum aliquo in loco* (8) *Miloni.*

T

TENUS hac re. Virg. Æn. II. 553 *Capulo tenus.* Et III. 427 *Pube tenus.* Cic. pro Deiotaro 13. *Tauro tenus regnare iussus.*

---

(1) Edit. *Tegeæum.* (2) Cod. *utros.* (3) Cod. *amoris.* (4) Edit. *Qui.* (5) Ita Cod. *sublimen n* pro *m*, quod alias in scriptura huius Opusculi notare potuimus. (6) Ita Cod. *Siciens.* (7) Codex laudat hunc locum ex Oratione pro Sylla. (8) Nota exemplum ob locum Ciceronis paulo incertum.

Tenus huius. Virg. Georg. III. 53. *Crurum tenus a mento palearia pendent.* Idem Æn. X. 210. *Cui laterum tenus hispida nanti.*

Tenus hac, id est hucusque. Idem Georg. II. 1. *Hactenus arvorum cultus et sidera cœli.*

Temperare huius rei. Ter. Phor. 1. 5. 41. *Rei foret aut infamiæ* (1) *temperans.* (Et ab hac re) Virg. Æn. II. 8. *Temperat* (2) *a lacrymis.*

Triumphat de illo. Cic. de Imperio Pompeii 3. *Triumphavit Lucius Murena de Mithridate.* Et illud. Ter. Eun. 3. 1. 3. *Id serio* (3) *triumphat.*

Triumphatus de quo triumphatum est. Virg. Æn. VI. 837. *Ille triumphata Capitolia ad alta Corintho* (4).

Trepidus hac. Idem in eodem 290. *Hic subita trepidus formidine ferrum Æneas.*

Trepidus huius. Idem XII. 589. *Illæ intus trepidæ rerum.*

Trado te in illam. Ter. Phor. Prol. 2. *Tradere* (5) *hominem in otium.* Cic. Phil. II. 2. *Ac tu te* (6) *in disciplinam meam tradideras.*

Tremit illam. Virg. Georg. III. 84. *Micat auribus et tremit artus.*

Tremit illud pro timeo. Idem Æn. III. 648. *Sonitumque pedum vocemque tremisco.*

Tremit illa. Idem VII. 514. *Tartaream intendit vocem, qua protinus omne Intremuit* (7) *nemus.*

Tenax huius. Idem IIII. 188. *Tam ficti pravique tenax.*

Tibi factum pro a te. Idem VI. 509. *Nihil o tibi, amice, relictum est* (8).

---

(1) Edit. *famæ.* (2) Edit. *Temperet.* (3) Cod. *servo.* (4) Cod. *Ille triumphata Capitolio ad alta.* (5) Edit. *Transdere.* (6) Edit. *At enim te.* (7) Edit. *Contremuit.* (8) *Est* abest ab Edit.

Transformat in faciem. Idem VII. 416. *In cultus* (1) *sese transformat aniles.*

Transmitto illa re. Sal. Hist. II. 9. *Suos equites hortatus vado transmisit* (2).

Truncus huius. Virg. Georg. IIII. 310. *Modis animalia miris Trunca pedum.*

V

Utor illud. Ter. Adel. 5. 3. 29. *Mea, quæ præter spem evenere, utentur* (3). Cic. in Siciliensi 18. *Heracleo* (4) *omnia utenda ac possidenda tradiderat.*

Usque sub. Virg. Georg. I. 211. *Usque sub extremum brumæ intrectabilis* (5) *imbrem.*

Victus illa. Idem Æn. XII. 29. *Cognati* (6) *sanguine victus.*

Urbs et nomini plurali subiunctum. Idem X. 168. *Quique urbem liquere Cosas* (7). Cic. de Signis 52. *Urbem Syracusas maximam esse Græcorum* (8).

---

(1) Edit. *voltus.* (2) Edit. *transmittit.* (3) Edit. *utantur.* (4) Ed. *Heraclio.* (5) Edit. *intractabilis.* (6) Edit. *cognato.* (7) Cod. *Quibus urbem liquere coas.* (8) Edit. *græcarum urbium.*

PARERGON

Codex, ex quo Frontonis Exempla Elocutionum edidimus, continet inter plura grammatica opera etiam Martyrii tractatum DE B. MUTA ET V. VOCALI. Huius quidem tractatus Excerpta dedit Cassiodorus (seu Cassiodorius) in suo Libro de Orthographia *Capp. v. vi. vii. viii. Idem in Libro* de Institut. divin. litter. *Cap. xxx. ait, se curasse ut Orthographorum regulae defloratae ad Lectores pervenirent: quo quidem in loco recenset Martyrium inter antiquos eius rei Scriptores, » Orthographos » antiquos legant Velium Longum, Curtium Valerianum, Papirianum, » Adamantium Martyrium de V. et B., eiusdem de primis, mediis » atque ultimis syllabis, eiusdem de B. littera trifariam in nomine » posita ». Iamvero Martyrius quidam dicitur frugis optimae Iuvenis a Symmacho Epist. 22. Lib. 4. tum Epist. 64. Lib. 7. (Edit. Parei 1617.) quasdam causas prosequi: ex quo facile coniicias, Martyrium oratoriam artem coluisse. Quum autem Cassiodorus annis circiter centum posterior Symmacho sit, recte ille quidem antiquum appellare potuit Martyrium qui cum Symmacho versatus fuerit. Ceterum et Martyrius subdiaconus sub Constantio imp. occisus occurrit apud Sozomenum iv. 3. Porro opus Martyrii, quod exstat in Codice Ambrosiano, idem paene est, paucis demptis aut mutatis, atque Excerpta Cassiodori. Prologum tamen Cassiodorus totum praetermisit, quem nos Frontonianis de re grammatica scriptis adiiciendum curamus.*

ADAMANTII SIVE MARTYRII (1)

DE B. MUTA ET V. VOCALI

PROLOGUS

Artem quibusdam grammaticam nostris auctoribus recte scribendi loquendique gratia visum fuit insistere, et illustrissimis suis nos consulere sudoribus: ut manifesta luce per eorum regulas

(1) Ita Codex. At Cassiodorus vocat *Adamantium Martyrium*.

gradientes sine quodam errore signa viamque litterarum sequamur. B. autem literam, quam ipsi mutam nominare maluerunt, et V. vocalem, quam poni sæpe pro ejus potestate cognoscimus (1), non diligentius exercitatas dedere, quando cunctis dictionibus inseri debeant. Nescio qua de causa an ·N· (2) huius operis auctor nos latuit: aut eas contempsere quasi leves, aut ut certas ipsis neglexere nimium. Sed quoniam nec tale studium cuiusdam inspexisse cognoscimus, et quæ apud illos humilia manifestaque sunt, apud nos magna et obscura consistunt; placet hoc Commentario nostro, acceptis seminibus ab Adamantio meo patre (3), qui sanctissimo gravissimoque iudicio auctor doctorque elocutioni latinæ visus est non futilis, quantum natura ministravit exponere duorum gratia: ex hoc enim prodesse quidem licet pura legentibus atque scribentibus, æternam vero gloriam nostro labori parare sine dubio credimus. Syllabas igitur uniuscuiusque dictionis supradictis literis accommodatas, sive capite fulgentes sive medio vallatas seu finem observantes, quantum ratio exposuit tractabimus, inspectis præcipue diligenter antiquis exemplariis, quæ sunt a nostris iamdudum probata maioribus. Et quia sine vocalium ordine syllabas posse nullo modo consistere, ipsa primum natura institutionibus, deinde præceptis, quæ doctorum, instructi cognoscimus; vim vocalium pro earum dignitate in optimo operis huiusce proponimus. Summa igitur et generalis nostra divisio in nomine verboque sectabitur (4). Sed hæ quoque partes dividentur trifariam, id est in primam mediam atq. ultimam syllabam: quamvis hæc distributio apud Græcos Ἡρωδιανῷ (5) displicuit. Et primum incipiamus de nomine, ac de prima nominis syllaba, exercentes ubique scilicet nominativum, quo alii casus notabuntur. Similiter et quoniam in quibusdam istum deficere novimus, per quoscumque casus inveniemus et illa quoque nomina.

---

(1) Et quidem has litteras saepe inter se commutatas ab ipso Frontone vidimus v. gr. p. 24. 31. 114. 117. 227. 229. etc.

(2) Ita prorsus Codex. Interpretetur autem litteram ·N· pro suo quisque libito. Mihi ea videtur vel *noster* significare, vel poni pro ipso Auctoris nomine.

(3) Adamantius Constantino M. imperatore episcopus memoratur a Socrate I. 35. Atqui superius in Monito vidimus Matyrium subdiaconum sub Constantini filio.

(4) Ita Cod. *sectabitur*. Nisi mavis scribere *secabitur*.

(5) Herodianus grammaticus floruit sub M. Aurelio Imp. Eius Opus *de Orthographia* memoratur a Prisciano Lib. 2. sub initium.

Ex eodem Codice

INCIPIVNT GLOSSÆ PLACIDI GRAMMATICI (1)

ALUMNA ab alendo dicta: nam quod alit, et quod alitur alumna dici potest, idest nutrix: et quæ nutritur et nutrit, sed melius est quæ nutritur (2).

ABUTI et bene est et male uti.

ABNUERE est etc. (3).

IN FINE ELEMENTI V

VERNUS subdolus et malus (4) servilis. Unde vernæ dicuntur servi qui domi nascuntur. Vernalis a verno tempore dicitur.

Finis Glossarum.

---

(1) Placidum grammaticum citat Isidorus Lib. 1. *de Differentiis verborum*: immo et ex eodem exscribit totum caput 99. De Placido Glossarum auctore vide etiam Lindenbruckium (*Praefat. ad Statium*) qui eumdem esse suspicatur atque Statii Scholiastem.

(2) Eadem fere dicit Isidorus *Etym.*. Lib. X. 3. Patet autem, eum et hoc caput a Placido sumpsisse.

(3) Ita scriptionem abrumpit Vincentius Pinellus, Codicis olim dominus, qui manu sua nonnisi initium et finem Glossarum Placidi in Codice scripsit.

(4) Nempe quasi vere sacro natus, qui partus habebatur exsecrandus. V. Paulum et Nonium voc. *ver sacrum*.

ADDITAMENTA
SCRIPTORUM FRONTONIS
CUM ALIQUOT EMENDATIONIBUS

Quum propter amplam materiam legendique incredibilem difficultatem vix fore aliquem arbitrarer qui Frontonianum deinceps Palimpsestum satis otiose et patienter retractaret, rem ipse aggressus sum. Neque laboris profecto me pœnitet: quippe qui plures locos Editionis meæ iam possim explere, nec non aliquot errores ab eadem expellere, quos sive Codicis abstrusa obscuritas, sive typorum vitium de more invexerat. In multis tamen exemplaribus inter ipsum excudendum haud pauci loci meliores auctioresque facti sunt.

P. 9. v. 3. *In exemplaribus nonnullis hæc quoque verba addenda sunt:* animo ... utraque causas ... et sane ... expectari poterat in eo quem (revexerat. Nec moverat) tanta benignitas et tot beneficia ... equidem ... cumque habeat suum finem ...

6. *Videtur interpungendum sic :* Res autem istas, quas nec tacere voluimus, nec negare credimus, et si Di æqui sunt, veras et congruentes simplicitati nostræ amicitiæ, semper adsequamur.

14. 5. Cœperam.

9. Iam si dicendum sit *etc.*

16. 5. Post illa, *translata virgula.*

20. 3. Quid incertas et suspensas etc.

21. 6. Æstimavis.

22. 6. Nequod ante diem. *Ita prima manu in Cod. tum correctum* dies.

30. 2. Amoris erga te mei, profecto etc.

31. 12. Degluttivit.

52. 13. Consulatu meo dictas.

58. v. 11. Ratione oritur *prima manu*, *sed posteriore* superadditum ratione munitur.

13. *Addendum in margine hoc Scholium*: Mirus locus de amore rationabili et fortuito.

14. Et nullis causis servientem.

68. 7. Cælius.

87. 2. *Codex videtur habere etiam* (me osten)dere tes(ter).

14. Hæc denique culpa est.

88. 15. Complecterer, *non* amplecterer.

18. Lacrimas vestras spectatum measque ostentatum venirem?

90. 11. Si *abest a Codice. Quare et interpungendum videtur sic:* ab eo curata? Aut domi quod uspiam *etc. cum interrogatione.*

95. 4. Plurima præterea tua erga me summo cum *etc.*

96. 2. Quæ amplissima et exoptatissima inter homines.

13. Me malis perpulsum recreatumque.

103. 11. *Pro* (Pom)peius *scribatur* ratio est eius.

113. 3. cuoiquoimodi.

133. 4. Magno opere videatur. Quod ut fiat opto. Cum *etc.*

136. 2. Siquid mihi credes.

139. 3. et 140. v. 5. Naucelli *non* Naticelli. *Revera etiam Symmachus ducentis circiter annis post Frontonem scribit Lib III. Epist. X-XVI. (Edit. Parei 1617.) ad quemdam Naucellium, et quidem fortasse Iulianum: namque uti Fronto inscribit has Epistulas Iuliano, tum dicit eum Naucellium, ita Symmachus in eo Libro primum scribit Iuliano, tum addit Epistulas ad Naucellium.*

145. 4. Publice instituendis adulescentibus.

149. v.	1.	Umor *sine adspiratione.*
154.	4.	Velimque tu mihi verum.
156.	8.	Amissi Iuvenis nostri, quem *etc.*
163.	5.	*In indice quidem lego* Secreto habebo; *sed ipsa Epistula incipit* Secretum servabo.
164.	8.	*Codex ita interpungitur:* Ciceronianos emendatos et distinctos habebis. Adnotatos a me leges ipse. In volgus enim *etc.*
181.	13.	Interdum sese delectavit.
182.	13.	Hadrianus modulorum et tibicinum studio devinctus fuit.
186.	3.	*Codex habet* indixtei, *quæ est contractio pro* indixisti.
188.	9.	Ex summis opibus.
189.	15.	Maritumas.
190.	17.	*Codex habet* præfecit, *non* præficit *aut* prætegit.
193.	3.	Optingat.
196.	8.	*In lacuna addenda sunt verba* percensio sit. *Et nota vocabulum* percensio.
200.	3.	*Codex habet* quæ. *Sed tamen locus emendandus videtur ita*: in quo plura solacia vitæ huius habeo, quam tibi tristitiæ istius possunt ab ullo contingere.
212.	10.	Efficit, *non* effecit.
216.	4.	*Codex habet* eloquentia.
228.	5.	*Codex habet* quandam in dicendo potentiam ac potestatem.
230.	5.	*Codex habet* dinoscere.
231.	5.	*Codex habet* ut ita dixerim, populo etc.
233.	1.	Castella verborum, *non* veterum.
236.	14.	Tibi tanta eloquentia parta est.
241.	11.	Nymphis.
243.	10.	*Littera* u *vocabuli* buona *videtur in Codice puncto confixa.*

245. v. 2. Copiosum sententiis et redundantem.
261. 3. Negleguntur, *non* neglegantur.
262. 1. Sit *additum a me est.*
268. 8. Et circumitiones. Alia quoque eodem edicto sunt eiusmodi. Revertere *etc.*
271. 10. Tantum antiquitatis curæ . . . . pro italica gente maioribus . . . . fuit Sallustius ait.
276. 2. Causis, *non* causa.
279. 1 *Videtur interpungendum sic* Magnum iter; et festinatum. *Ita ut posteriore membro respondeat ironice Orator adversario, a quo prius membrum profertur.*
281. 11. Arcieis (*nempe* arciis) non archiis.
287. 7. Prosus *non* prorsus. Confer p. 142. v. 2. et 324. v. 2.
294. 6. *In Codice pro* abluat *videtur legendum* abfuat, *quod positum putem pro* absit, *sicuti occurrit* fuat *pro* sit.
304. 10. Namque id.
308. 10. *Codex non* obtentui *habet sed* obtensui. *Et nota vocabulum* obtensus, us.
310. 9. Militari *non* nilitari.
324. 6. Sempernium *corrigitur in ipso Codice* semetipsum.
329. 2. Illis qui.
331. 7. Et poemata et historias et præcepta sapientium legenda, sed etiam syllogismos *etc.*
332. 4. *Codex habet* in cognitione populi.
342. 16. Pænuria, ut p. 355. v. 6.
355. 10. In regnum animum intendit *etc. ex Sallustii Bello Iug. Cap.* 23. *Tum et aliæ aliquot particulæ sexti Fragmenti Operis* Principia Historiæ *reiiciantur inter Excerpta Sallustiana.*

358. v. 10. Indiligenter.

367. 7. *Codex pro* ambigit *habet* abicit.

375. 7. *Quum* vix *plane absit a Codice, satius omittetur.*

380. 8. *τὸ δὲ δὴ τρίτον διὰ τοῦδε etc.*

391. 19. *Dic* laudamus et osculamur (*vel* salutamus).

408. 5. *Codicem deprehendi habere μεγάλου non βρεχμοῦ, quare et interpretatio sit* magni regis filius, ita ab illo *etc.*

420. 11. *Codex habet ὑπολειπομένης εἰς τὸ ἀναχάκειν* (*corrige ἀναχάζειν*) *ἐλπίδος. Καὶ ὁ μὴ περιμείνας ταύτην etc. Quare dicas*, si relinquatur commutandæ fortunæ spes, in qua qui non manet *etc.*

438. 5. Codex habet *οὐ προσήκατο, non οὐ προσεδέξατο.*

440. 6. Codex *revera habet* non *προσεισόμεθα, sed προσησόμεθα, quod est retinendum in textu.*

Quod attinet ad græcorum verborum accentus et spiritus, siquis error irrepsit, negligendus potius quam emendandus videbatur.

443. 2. Aliquis.

8. Xenia.

ADDITAMENTA ET ANIMADVERSIONES AD NOTAS

p. 12. *Dele, sicubi est*, *notam* 4. adtectiones.

15. n. 1. v. 7. *Nihil eorum.*

19. *In aliquot exemplaribus dele notam* 1. Cod. ligere.

44. v. 15. *Orator egregius Homericorum versuum quondam eversor, videtur ipse Fronto qui in amissa quadam* de Somno *Epistula id conatus erat.*

p. 45. n. 5. Meæ fiduciæ *fortasse retinendum erat in textu. Item p.* 56. *v.* 15. Babe.

70. n. 2. v. 3. *Dic:* memoratur apud Athenæum *etc.*

75. n. 2. *Non declamatores in schola, sed causidicos rem veram apud se iudicem agentes videtur designare hoc loco M. Aurelius Cæsar.*

76. n. 2. *Epistula Hadriani imp. de testamento est ad Pomponium (non Pompeium) Falconem Digest. Lib.* 28. *Tit.* 3. *Leg.* 6. *ff.* 7.

118. n. 3. *Inscriptiones, Læliano consule, videsis in novo Thesauro Muratorii p.* 335. *tum vide eiusdem Annales Ital. ad ann. Ch.* 163.

122. n. 1. *Thucydidi.*

127. n. 1. *Norisius ad annum U.* 926. *in Epistula consulari Edit. Veron.* 1729. *p.* 968. *adversus vulgares fastos ostendit ex Galeno Severum peripateticum Marci imp. magistrum consulem suffectum fuisse quum L. Verus Augustus bellum in Oriente gereret.*

135. n. 1. *Inscriptio Pisaurensis XXXIII. sculpta est cuidam* Arrio P. F. Arriano. *Quare titulum Epistulæ Frontonis IV. Lib. I. ad Amicos legendum suspicor* Accrilio P. F. Ariano, *existimandumque hunc potius Pisaurensem quemdam. Nam et credibilius est Aquilinum Roma profectum esse Pisaurum quam in Cappadociam ad consolandam consobrinam. Ceterum Codex videtur habere* Plariano.

p. 201. *Epistulam II.* de Nepote amisso *præstat conferre cum procemio Libri VI. Institut. Quinctiliani.*

240. n. I. v. 20 *τοιοῦτον.*

284. 25. *Quod dicitur de particulis Orationis* pro Demonstrato *corrigatur ex p.*314. *n.*I.

371. n. 2. *Fortasse innuitur Favorinus philosophus Frontonis familiaris (Gell. II. 26.), qui fuit item ἀδόξων scriptor teste eodem Gellio XVII. 12.*

438. n. 2. *Populos, quorum deditionem Roma non recepit, memorat ipse Appianus in procemio Hist.*

474. n. * *Immo mihi veniebat in mentem Antonii Gniphonis de quo Svet.* De ill. Gram. *Cap.*7.

505. n. 5. *Dic.* Edit. Mulier *etc.*

AD COMMENTARIUM PRÆVIUM.

p. XXIX. v. I. *Retractato Codice*, Sidius *eximendus videbatur e numero Familiarium Frontonis.*

CVIII. 16. *Scribe* καθ'.

NOVA VOCABULA

addenda paginæ C. *Commentarii prævii.*

Amplificus, a, um, p. 259. *Nam quod Grævius edidit* amplificæ *in Catulli Carm.* 63. *v.* 265. *id primum quidem abhorret a loci sententia, tum et multi Editores et tres Catulli Codices Ambrosiani eam lectionem improbant. Codex tamen Ambrosianus (I.* 67. *part. sup.) habet* amplificæ.

Congarrio, is p. 31. *Utitur Io. Sarisburiensis Polycr.* V. 6.

Disconcinnus, a, um, p. 265.

Esor, oris, p. 182.

Obtensus, us. *Recole* p. 554. *emendationem paginæ* 308.

Olfactorius, a, um, p. 248. *Nisi mavis emendare* olfactoria sucina.

Poeto, as, *activa forma* p. 102.

Percensio, onis. *Recole* p. 553. *additamentum paginæ* 196.

Quadripedus, a, um, p. 245.

Trigemino, as, p. 230.

·M· CORNELII FRONTONIS

OPERUM QUÆ IN LUCEM PRODIERUNT

INDEX

Indicem Operum Frontonis adhuc latentium videsis in Commentario nostro prævio Part I. Cap. XXIIII.

RERUM NOTABILIORUM
INDEX

A

B

C

D

E

F

G

H

I

L

M

N

O

P

R

S

T

V

EXPLICATIO SPECIMINIS
PALIMPSESTI FRONTONIANI.


Scriptura prima

I. Epistula II. Libri II. *ad Marcum Cæsarem* reperienda in Editione nostra p. 71.
II. Titulus Libri *de Feriis Alsiensibus* Ed. p. 173.
Item Titulus Libri *de Nepote amisso* Ed. p. 199.
III. Initium Epistulæ tertiæ Libri græcarum Ed. p. 410.
IV. Scriptura Anonymi qui codicem Frontonianum olim emendavit, scholiis aliquot instruxit, et nobiliora Auctoris dicta in margine notavit Ed. p. 71.
V. Nota recensionis Libri I. Epistularum *ad Amicos* Ed. p. 160.
VI. Litteræ latinæ codicis Frontoniani.
VII. Litteræ græcæ eiusdem codicis.
Scriptura secunda continentur particulæ Concilii universalis Chalcedonensis.

SEDES IMAGINUM
TRIUM CÆSARUM

P. 3. ANTONINUS PIUS IMP.
P. 33. M. AURELIUS CÆSAR.
P. 83. L. VERUS IMP.
P. 215. M. AURELIUS IMP.

I.



IV.

Α Β Γ Δ Ε Ζ Η Θ Ι Κ Λ Μ Ν

Ξ Ο Π Ρ C Τ Υ Φ Χ Ψ Ω